

RAFFAELIS  
MAFFEI VENETI,  
ORDINIS SERVORVM  
THEOLOGI.

*Sermones Dominicarum V. & VI. post Epiphani-  
am, & XXV. post Trinitatem.*

Quibus non minus piè, quàm doctè.

Hæreticorum deceptiones, & eorum extirpationes  
aperiuntur.

Fœlix semper sancti Euangelij progressus demon-  
stratur.

Et Antichristi aduentus, ac signa Extremi iudiciâ  
diem præcurrentia abundè complectuntur.



CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, M. D. LXXIIII.

Apud Ioan. Antonium Bertanum.

RAFFAELIS  
MAFFEI VENETI,  
ORDINIS SERVORVM  
THEOLOGI.

*Sermones Dominicarum V. & VI. post Epiphaniam, & XXV. post Trinitatem.*

Quibus non minus piè, quàm doctè.

Hæreticorum deceptiones, & eorum extirpationes  
aperiuntur.

Fœlix semper sancti Euangelij progressus demon-  
stratur.

Et Antichristi aduentus, ac signa Extremi iudicii  
diem præcurrentia abundè complectuntur.



CVM PRIVILEGIO.


VENETIIS, M. D. LXXIIII.

Apud Ioan. Antonium Bertanum.

ANGELO MORELIO

Aretino Theologo insigni, & ordinis Seruorum, priori generali amplissimo.

Raffael Masfens Venetus eiusdem ordinis. S. D.

*1. Masfens*  
 ROGATUS a Ioanne Antonio Bertano magna mihi necessitudine coniuncto, ut Diui Antonij de Padua Sermones Dominicales castigatiores redderem, qui inter nos uetus iādiu intercessit usus id ei ut negarem minime passus est, sed eo libentius eiusmodi suscepi onus, non ut tibi (Præstantissime pater) quem non fugit a me (ut par est) unice coli, sed ut cæteris omnibus etiam demonstrarem quantum te semper obseruauerim. Hoc autem ut melius facerem, præter diligentiam in corrigendis huiusmodi sermonibus, & indicibus in integrum restituentis. Tres conciones ne quid deesset, sed cunctis Dominicis per annum currentibus responderet, meo ingenio perfectas, eiusque industria elaboratas ad euāgelicorum Dominicalium totius anni supplementum adieci. Has autem cum & te decere, & ijs rebus quas summa cum laude gessisti maxime conuenire arbitrarer, Tibi dicādos decreui. Quippe qui nō solum dignitate cæteris Theologiæ professoribus antecellis, sed ingenio etiam, & singulari eruditione, qua diuinarum rerum abdita, & profundissima Theologiæ Mystera, differendo, et concionando in præcipuis Italiæ Gymnasijs, & sanctissimis florentiſimarum Urbium Templis sapissime exposuisti, remque

remque omnem uerbis non longe petitis, sed proprijs, & apertissimis, summis omnium præconijs semper complexus es. Hinc tuam incredibilem in gubernando scientiam, in administrando prudentiam, in deliberando grauitatem, in apparando diligentiam, & in conficiendo celeritatem, quis, (quæso) est qui non maximis ita efferat laudibus, ut Seruitanum nomē tuis amplissimis uirtutibus, optimis disciplinis, & morum sanctitate perpetuo florere potuerit? Nam cum literas omnium uirtutum fundamentum esse intelligas, literarum studiosos, honoribus, commoais, & beneficijs adeo foues, ut cunctarum bonarum artium professores, tibi uni literarum Mæcenati quàm maximè debere fateantur, tibi que de omni studiorum genere optime merenti, quisque officium suum exhibeat. His igitur rationibus, non magis, quàm obseruatiua, qua te semper uenerari, colere, & celebrare nunquam destitit ductus, huiusmodi meas lucubrationes (qualescunque sint) tuo nomini inscribendas esse statui, quas ut accipias, uehementer rogo, & ea frontis hylaritate, qua olim præfectus noster Generalis, & prædecessor tuus Angelus Aretinus collationes Scoti Minoritæ, per Romulum Laurentianum ordinis nostri, ab omni labe uindicatas accepit. Quæ si tuo sapientissimo probabuntur iudicio, non uulgaris beneficij loco ducā, & meæ uoluntatis in te optimæ, quibuscunque potero officijs, significationem ostendere enitar. Vale. Ex Conuentu Diui Iacobi a Iudecca Venetiarum. V iij. Kal. Octob. M. D. L X X III.

# DOMINICA QUINTA POST EPIPHANIAM.

De Hæreticorum deceptione, & eorum extirpatione,  
super Euange. Matth. Cap. XIII. De Parabola Zi-  
zaniarum.

## SERMO PRIMVS.

**S**ALIS ac tanta est sathanae inuidia, ac  
maleuolentia, ut si quis eum pingere pos-  
set, potentissimam uoluntatem, & libi-  
dinem mentiendi, nocendi & perdendi  
omnia, quadam imagine, exprimeret.

**Gen. 3.** Quam libidinem ipsemet declarat in libro Gen. dicens  
primis parentibus. Nequaquam moriemini, sed aperi-  
tur oculi uestri, & eritis sicut Dij, scientes bonum, &  
malum. Qua uoce, primum mētitus est peruertens uer-  
ba Dei, deinde hominem ad perpetuum interitum sedu-  
xit. In Iob prestò adest inter filios Dei, calumniat Iob  
coram Deo, ut perdat ipsum. In libro Regum. Stat co-  
ram Domino, & ait, Egrediar, & ero spiritus mendax in  
ore omnium prophetarum Achab. In Zacharia stat, a  
dextris magni sacerdotis ut aduersaretur, ne quid pro-  
speri accideret Vrbi Hierusalem. In Euangelio Lucæ  
expetiuit, ut cribret Apostolos. In Petro circuit quæ-  
rens quem deuoret, tanquam leo rugiens, & Christus.  
**Mat. 13** Hodierna parabola dilucidè ostendit Diabolum om-  
nium malorum auctorem, Dei operum corruptorem,  
**2. Co. 11** & ueluti hostem nostrum fraudolentem, se in Ange-  
lum lucis transfigurare, & inter semina uirtutum uitia  
occultare. [Cum autem dormirent homines, uenit inimicus  
eius, & super seminauit Zizania in medio tritici, & abiit.]  
Quibus uerbis perspicue indicat, in sathana non esse  
aliam uoluntatem quam corrumpendi, decipiendi &  
perdendi omnia opera Dei. Ergò ex his uerbis tria ui-  
debimus

## R A F F. M A F F E I

debimus. 1. Naturam Christi, & Diaboli diuersam &  
contrariam. 2. Quanam sit causa, quòd tam dire in  
agrum Domini grassetur. 3. Quousque eius mala tolle-  
randa, & quomodo tollenda ita enim manifestabitur  
Dei bonitas & clementia in seminando. [Quia semina-  
uit bonum semen in agro suo.] Longanimitas & patientia  
in expectando, quia seruis zizania & extirpare uolenti-  
bus respondit [Sinite utraque crescere, usque ad messem.] ius-  
titia & sæueritas in puniendo, quia dixit tandem mes-  
soribus. [Colligite primum Zizania, & alligate ea in fascicu-  
los ad comburendum.]

Quantum igitur ad primum, obserua. Quod sicut  
ex fructu bono, bona cognoscitur arbor, & ex malo, **Mat. 12**  
mala ita ex operibus Christi, declaratur quòd bonus  
est, & causa bonorum, & ex effectibus Diaboli, eius na-  
tura mala manifestatur. Est enim Christus filius Dei, fa-  
ciens ea quæ beneplacita sunt ei semper. Vnde cū Deus **Mar. 10**  
sit summè bonus. Nemo bonus nisi solus Deus, cuius **Deut. 32**  
fecta sunt opera. Nam uidit cuncta quæ fecerat, & erat **Gen. 1.**  
ualde bona, sicut nihil malum in suis operibus esse si-  
nit. Ita & Christus eius filius omnia bona facit, & quæ  
ab eo procedunt bona sunt.

Multis modis bonitas diuina declaratur. **Ecc. 17.**

1. In creatione Deus de terra creauit hominem.
2. Conseruando eum a Dæmonibus & protegendo  
**Isai. Ego Deus qui seruo eam.**
3. Suis bonis alendo, & nutriendo. **Psal. Oculi om-  
nium in te sperant Domine, & tu das illis.**
4. Ad pœnitentiam monendo, **Iohel Conuertimini  
ad me.**
5. Tempus pœnitendi imperciendo, **Apoc. Dedit ei  
tempus ut pœniteat.**
6. Expectando si fortè pœnitere noluerit. **Expectat Isa. 30.  
Dominus, ut misereatur uestri.**
7. Hominem interim conseruando, a casu grauiori.  
**Psal. Impulsus euersus ut caderem, & Dominus susce-  
pit me.**

- 2. Cor. 4.** 8 Cor ad poenitentiam illustrando. Deus ill uxit cor  
dibus nostris. &c.
- Niir. 3.** 9 Si poenitet, benignè suscipiendo. Hierem. Vulgo  
dicitur, si dimiserit uir uxorem suam &c.
- Mat. 17.** 10 Filium reuelando & filius patrem manifestando.  
Pater enim reuelat filium, Hic est filius meus dile-  
ctus, &c. Filius manifestat patrem. Est enim pater  
**Ioan. 8.** meus, qui glorificat me, quem uos dicitis quia Deus  
uester est. Et si dixero quia non noui eum ero simi-  
lis uobis mendax. Et cum unamet sit uirtus patris & fi-  
**Zach. 13** lij. Hinc est quod alibi dicit. Ego sum uitis uera, &  
pater meus agricola est. Nunc uero per hominem qui  
seminauit bonum semen in agro suo, uult intelligi  
filium hominis, idest seipsum de se alias dicentem.  
Homo agricola ego sum. Sanè Christus noster est fa-  
tor celestis exiens a sinibus paternis uenit ad nos factus  
homo quia nos non poteramus intrare ad illud, semen  
quod seminauit bonum, intelligit uerbum salutis ui-  
tæque æternæ Ager eius est triplex. Paradisus uolupta-  
tis, Ecclesia, fidelis homo ager suus est, iuxta illud. Tui  
sunt celi & tua est terra &c. In hoc triplici agro bo-  
num semen seminauit.
- Eccle. 5.** Primo quia in paradiso constituit hominem rectum  
iustitia originali præditum & reliquit eum in manu  
consilij sui.
- Secundo quia docuit in Ecclesia & prædicauit doctri-  
nam catholicam, & fidem. Semen enim est uerbum  
**Ioan. 18.** Dei uerbum, scilicet Christi, dogmata catholicum  
**Luc. 8** & uerum. Nam dicit. Ego in hoc natus sum, & ad  
hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueri-  
tati.
- Tertio quia in corde hominis, in quo est ager pro-  
**Osee. 2** prius Dei, seminauit semina uirtutum, iuxta illud Osee  
seminabo mihi eam in terram, scilicet per infusionem  
gratiæ, & uirtutum. [ Sed cum homines dormirent uenit  
inimicus eius, & super seminauit Zizania in medio tritici &  
abijt. ] Disce ex his naturam Diaboli diuersam esse, &

contrariam Christo. Diabolus enim inuentor malo-  
rum Christus dator bonorum. Diabolus est peruersus  
dogmatis seminator, Christus uerè doctrinæ sator.  
Superseminat Diabolus, Christus semen suum serit.  
Prophetæ uero semen Dei, non proprium, quia diui-  
na gratia illustrati. Christus ipse est sapientia Dei, at  
Diabolus superferit, nec semen, sed zizania. Diabolus  
occludit uias ad fidem, oculos aures, linguam. **Mat. 12** Chri-  
stus omnia recludit uisum restituit aures aperit lin-  
guam soluit. Quærit Diabolus præcipitare, Chri-  
stus saluare, ille detorquet scripturas, ut præcipitet  
etiam ipsummet Christum. Christus uero semper ge-  
nuito ac germano sensu interpretatur, ille quærit  
gloriam propriam, & dehonestare Dei maiestatem. **Philip. 2**  
Christus uero exinaniuit semetipsum formam serui  
accipiens. Vnde dicebat Ego non quæro gloriam meam,  
**Ioan. 3.** sed honorifico patrem meum, ille homicida ab ini-  
tio, & mendax, Christus uero donator uitæ, & ue-  
ritas ab æterno. Ille uult adorari etiam a Christo, Chri-  
**Ioan. 6.** stus uero concurrentibus turbis, ut eum regem consti-  
tuerent, solus secreta montium petijt. Ille usurpat  
sibi mundi regna, & spondet suis se illa daturum, Chri-  
stus uero ita beneficus, ut pro nobis factus sit pauper,  
cuni esset diues, ut nos sua paupertate diuites effice-  
**2. Cor. 8.** ret. Ille accusat nos, nam dicitur diabolus idest dela-  
tor, uel accusator. Christus est patronus & aduoca-  
tus apud patrem. Ille tollit uerbum de corde, ne cre-  
dentes salui fiant. Christus prædicatores & Apostolos  
instituit ut uerbum salutis docerent. Cum igitur dia-  
bolus semper quærat præcipites dare, in nullo audien-  
dus est, neque sequendus. Quoniam talis est fallaciæ ue-  
citas fingat, & aliquando unde quis expectat  
præmia inueniat eterna tormenta ut Diuus Grego-  
rius 32. lib. Moral. scribit. Hæc contrarietas actionū  
consideranda est. Hoc sibi uult parabola hoc quærit  
Reuera si Christianus sciret Sathanam Christi contra-  
rium esse, & hæc scientia Christum amplecti, doctrinam  
† 4 Christi

Christi suscipere recte tui gratia, & lumine suo, è somno surgere, & bonis operibus uigilare, Deo gloriam tribuens intellectum propriumque iudicium in obsequium Dei captiuans, & in doctrina Christi Apostolorum & Ecclesie simplici animo persistens, nunquam Diabolus tanta mala in Ecclesia excitare posset. Quia autem plerique suo sensu nimium credentes, proprieque rationis subtilitati & perspicacitati plus æquo confidentes, plus uolunt sentire quàm oportet factum est ut Zizania appareat, ut mundus erroribus & hæresibus sit plenus, semperque error errorem pariat. Sequitur secundum.

*Cum autem dormirent homines, uenit inimicus eius & superfeminauit Zizania in medio tritici & abiit.* Dormire est suam salutem & aliorum negligere, præceptis Dei non obtemperare, uirtutum opera non exercere, sua quære sibi placere, raro quidem inuenies ex dormitione, bonum euenisse, malum uerè sæpe contigisse omnibus pariter, Christo dormiente, nauis periclitabatur, Dormiente Iona nauigium cum nauigantibus summergebatur nisi seipsum in mare proieceret. Cum dormiret etiam Isboseth rex Israel latrones ingrediuntur thalamum eius, occiditur & regnum ad exteras nationes uertitur. En uide quod non nisi rarissime dormitio profuit, quinimo magis sibi, uel alijs obfuerit. Contemplare in Christum pastores Ecclesie. In Ionam, Diuini uerbi concionatores. In Isboseth. Principes ac Reges. Cum enim huiusmodi homines negligentia dormiunt, uel cupiditatibus somno uitiorum succumbunt, nemo quidem dubitare potest quam magnum periculum futurum sit quandoquidem nauis fluctuat, nauis naufragatur regna dissoluantur. Hi sunt scopuli illi, in quos uel maximè impingimus, Quis autem non uidet, quod origo mali, progressus eius, fructus ac finis est quia ea quæ Dei sunt negligimus? Christus dicit Vigilate ne cum uenerit Dominus repente inueniat uos dormientes, scilicet in præceptis suis. At quot sunt qui uel inertia torpent, uel lascia resoluuntur, uel ignorantia, &

qua-

quandoque culpa præmuntur? O dormitio detestabilis, o quies turbulenta, o somnum uerè mortis imago. Non est hæc dormitio uitæ contemplatiuæ. De qua dicitur. Ego dormio & cor meum uigilat. Non est somnus carnis a D. Paulo per mortem intellectus his uerbis. Nolo uos ignorare fratres de dormientibus, minus beatorum dormitio. de qua Iob dicit concentum cæli quis dormire faciat? Sed per dormitionem torpor negligentie designatur. Sicut ab Apost. dicitur. Hora est iam nos de somno surgere, sic enim exponit D. Aug. De consensu Euang. Cum (inquit) negligentius agerent præpositi Ecclesie, aut cum dormitionem mortis acciperent. Apostoli, uenit Diabolus super &c. prima causa probatur uerbis REUER. LEGATORVM Sedis Apostolicæ in admonitione ad patres in Concilio Tridentino lecta in prima sessione, Examinemus (inquiunt) initium hæresum; quæ hac nostra ætate pullularunt, Quibus si negare uolumus nos principium dedisse, quia nullius hæreseos ipsi auctores fuimus, tamen cum peruersè de fide sententiæ, tanquam uepres sint, & spinæ, quæ in agro Domini, qui nobis colendus commendatus est, ortæ sunt, & si illæ quidem sua sponte, ut solent, aliquando uitiosa herbæ pullularunt, tamen qui non coluit quem debuit agrum, qui non seminauit, qui pullulantes per se non statim curam adhibuit, ut extirparet, non minus quidem principium illis dedisse, dicendus est, quam si ipsas seminauerit præsertim cum hæc omnia, a negligentia agricolæ ortum ducant, & incrementum habeant. Hæc ille secundo ostenditur ex uerbis Reuerendissimi Cardinalis de Turre Cremata ait enim, postquam Christus lux mundi, & ueritatis in agrum seminauit fidei & seminauit per se, & suos Apostolos, essetque doctrina illa a postolorum in uulgo nota, aut saltem euidenter hominibus natis altum dormientibus) post Apostolorum mortem non fuit illi inimico homini difficile illa sua Zizania nono Apostolorum semini superseminare quæ ut dicitur illud

Cantic. 5  
1. Th. 4.

Iob. 38.  
Rom. 13

Matt. 8.  
Ioan. 1.  
2. Reg. 4

Mat. 13

lud euangelicum semen corrumpunt totum per orbem  
 initio sparsum : ita sui quoque degeneratione , atque  
 dissimilitudine seipia perdunt , superfeminatis igitur  
 Zizaniis , per Diabolum suadendo , & suggerendo erro-  
 res hominibus , fieri non potuit , ut Diabolici homi-  
 nes Apostolicæ & Catholicæ ecclesiæ aduersarij , spiri-  
 tibus illis (iuxta Pauli prophetiam) attendentes erroris  
 non in uarias diffiderentur sectas ut non uariè inter se,  
 ipsi de sua , quam quisque iactitat , Euangelica tumul-  
 tuarentur doctrina . hinc est quod dicit [in medio tritici.]  
 Quia non seminat inter Iudæos , Mauros , aut Turcas ,  
 sed in Ecclesia Dei , quæ per triticum significatur . nec  
 seminat , sed super seminat . quia cupit cõgregare , quos  
 in fide non generauit . cupit enim sathan in suis sem-  
 per conuersari inter filios Dei , ponens more cuculi sua  
 quæ , in alienos nidos . Huc pertinet quod Hier. ait Per-  
 dix clamauit , congregauit quæ non peperit , fecit diui-  
 tias , non cum iudicio , in medio annorum eius derelin-  
 quet eas , & in nouissimo suo erit insipiens . Hoc uer-  
 bum ad Hæreticos quidem referendum est , quos pro-  
 pheta , Perdix insipienti auiculæ comparat , Perdix se-  
 cundum Isidorum , a uoce nomen habet , & secundum  
 Albertum a perdendo dicitur . Nam secundum Plinium  
 & naturalium tractatores . Perdix huius naturæ . fraudo-  
 lentæ est , ut oua alterius surripiat perdici , ut ea subtra-  
 cta , incubet , & foueat . Ita Hæreticus , dicit August. con-  
 tra Faustum , ut Perdix contentiosum animal clamat &  
 congregat quæ non peperit . Aliena enim rapit , dū San-  
 ctæ Romanæ ac Catholicæ Ecclesiæ filios , callidè dece-  
 ptionis clamore decipiens ad se trahit . Vnde glosa su-  
 per illud Ecclesiast. sicut Perdix ducitur in caueam di-  
 cit . Qui prudentes existimantur , sæpe uersutia hæreti-  
 corum decipiuntur , & capiuntur . Sicut enim ueter ple-  
 nus male digestum cibum fætidè eructat , ita hæretico-  
 rum comoda fraudolenter producunt dolosa consi-  
 lia , ut quoscunque possint , in caueam erroris , & laqueum  
 deceptionis præcipitent . Quanta ( quæso carissimi )  
 mala

mala audiuius & uidimus ex perdici loquacissimo ac  
 perditissimo Luthero? Quot enim homines in utroq;  
 statu sub hæresibus suis congregauit , quasi diuitiæ sue  
 forent? Quot sectæ , quot factiones ex uno Lutheri spi-  
 ritu , in hac tempestate sunt nobis exortæ? Ab illo igitur  
 Perdici , Carolstadiani , Zuuigliani , Anabatistæ ,  
 Iconomachi , Antinomi , Osiandri , Suuenckfeldiani ,  
 Dauidici , Mennonitæ Vgonotti , & alij uiperarum ge-  
 nimina , coniurati unam Catholicam CHRISTI TE-  
 SÆ Ecclesiam exorti sunt . Vnde unus negat peccatum  
 originis esse in paruulis , Alius aquam baptimi non esse  
 necessariam . ille pueros non esse baptizandos docet ,  
 iste hominem libero arbitrio carere prædicat . Quot  
 sunt qui hac nostra tempestate clamant Purgatoriū  
 non dari , indulgentius nullius esse momenti , Sanctos  
 non esse inuocandos , opera non esse ad salutem necessa-  
 ria , Romanum Pontificem non esse Pastorem uniuersa-  
 lem Christi Vicarium ac Petri successorem? Sed uerè  
 mendacium operatus est styly s scribarum ( ait Hier. )  
 confusi sunt sapientes , perterriti & capti sunt . Verbum *Hier. 8.*  
 enim domini proiecerunt . & sapientia nulla est in eis .  
 En uide quanta fecit perdix Lutherus , cõtemplare qua  
 calliditate superfeminauerit Zizania , idest non ut pa-  
 cem promoueret sed ut dissidia & omnis generis mala  
 concitaret & omni nocumento afficeret . In hoc uerum  
 tamen gaudendum , quia hæreticorum bellum , pax est  
 ecclesiæ ait Hilarius . Cum ( inquit ) inter eos conuene-  
 rit de his quæ in scripturis sunt , tunc à nobis confuta-  
 buntur . Non enim bene sentientes tamen semetiplos  
 interim arguunt , de eisdem uerbis non consentientes .  
 Nos autem unum & solum uerum Deum doctorem se-  
 quentes , & regulam ueritatis habentes , eius sermones  
 de eisdem semper eadem dicimus . Quapropter benedi-  
 citur , fecit diuitias nō cum iudicio , scilicet discretionis  
 quia si Hæreticus discretus fuisset iudicium Ecclesiæ ( quod  
 iudicium Dei est ) utique timuisset , & eius præcepta  
 in corde habuisset . Ideo dicitur Abac. Vxh qui mul-  
 tiplicat *Abac. 2.*

riplicat non sua usque quo aggerat contra se densum  
lutum? Hæretici congregatum in domo sua fœtorem  
exhalant, cum multiplicatis hæresibus mortis suæ fœto-  
rem generant, suum laborem perdunt, & incassum fre-  
quentius laborant, dum per eos decepti, gratia Dei, &  
prædicatione catholicorum ad unam fidem, & ueram  
pœnitentiam redeunt quemadmodum pulli a Perdice  
ab lacti & adulti, audita uoce propriæ genitricis, natu-  
rali quodam affectu, putatiuam quæ eos fouerat relin-  
quentes ad eam quæ eos genuerat redeunt iuxta illud  
*Ioan. 10.* Ioan. Oues meæ uocem meam audiunt. Vides quantum  
sathanas studeat, ut uerbum Dei adulteretur, ut infru-  
ctuosum efficiatur ut modò in agro Ecclesiastico ma-  
*Gene. 8.* ior malorum hominum sit quàm bonorum, sicut tem-  
*Gene. 19* pore diluuij in arca in qua octo tantum inuenti sunt. Si  
*3. Re. 18* cut in Sodomis tempore Loth in quibus nec decem  
iusti fuerunt reperti sicut tempore Helix cum clama-  
ret ad Dominum. Ego relictus sum solus. Vides in quan-  
tis periculis simus, quoniam tanta est Dæmonis astu-  
tia, & cautela quòd agitur in Ecclesiâ aggreditur non de  
die, sed nocte, non cum uigilant homines, sed cum dor-  
miunt, non apertè sed occultè, ne uideatur Diabolus.  
Quòd facit dum per hæreticos conturbat fidem distra-  
hit charitatem, reddit contemptui ecclesiam, & sacra-  
menta, & ira palliatè, & pessimi isti homines arbitren-  
tur se obsequium præstare Deo, cum sub specie boni,  
*Ioan. 16.* nos ad uitia trahunt. Sic dicunt Dominis non obedire,  
libertatem Euangelij esse. Auaritiam, prouidentiam,  
*Matt. 7.* & unumquodque uitium, aliud nomen uirtutis habe-  
*1. Io. 4.* re. Huc pertinet quod sacræ literæ docent. [*Attendite a*  
*Rom. 16* *falsis prophetis &c.*] Nolite omni spiritui credere, Rogo  
*Hcb. 13.* uos, ut obseruetis eos, qui dissensionem seminant. Do-  
ctrinis uariis & peregrinis nolite abduci, nolite errare,  
nolite fieri participes eorū, uigilate & orate, ut nō ire-  
tis in tentationē, si uolueritis hæresis in uobis ulla erit,  
quoniam licet Diabolus superseminauerit, non adest  
amplius, sicut abiit, nonne audiistis? [*superseminauit zizania*

*zania in medio tritici, & abiit,*] Quid est superseminare?  
est mala suggerere: quid est abire? est non ingerere,  
quoniam nostrum est consentire, ut D. Aug. ait; potest  
diabolus nos intrinsecè excitare, potest fantasmata cō-  
ponere, & lumini intellectus præsentare, sed nō pōt mi-  
primere, & lumine intellectus præsentare, sed non po-  
test imprimere in intellectum, non potest per modum  
causæ principalis agentis, animæ facultas est fantasma  
ra suscipere, aut respuere, suggerit, excitat, tentat, non  
imprimit, non immitit, non cogit, & hoc est abire. De  
quò potest dici, Iam. n. hyems tranlit; imber abiit, & re-  
cessit. Vidite igitur quomodo cautè ambuletis. Sed  
nunc residuum huius parabolæ attendamus.

*Cant. 2.*  
*Cum autem accreuisset herba, & fructum fecisset tunc appa-  
uerunt & zizania.*] Hic primum uides signa ueræ eccle-  
siæ. quæ ex semine fidei, herbam bonæ affectionis &  
fructum rectæ operationis producit iuxta illud. bona  
arbor bonus fructus facit, igitur ex fructibus eorum co-  
gnolcetis eos. Rogitas nunc, quomodo fructus hæretico-  
rum agnoscere possum, cum & ipsi, uerbum Dei doceant,  
testimonijs scripturarum auctoritatem, & opinionem  
suam concilient? Respondeo malum hæreticorū semē,  
*Math. 7*  
in apertam lucem positum esse potissimum ex duobus.  
Ex diuisione inter se, cum tunicam inconsutilem tan-  
quam filii Dei crucifixores scindere conantur, & pugna-  
quam habent cum antiquitate. Nam consensionē cum  
antiquitate non habent, quemadmodum Ecclesia Ro-  
mana, quæ nihil præter Apostolorum successionē, au-  
thoritatem, & doctrinam præferret. ideo uera & catho-  
lica est, quia legitima successionē a Christo ad nostra us-  
que tempora Gregorii. 12. Apostolorum dogmata tu-  
trix fidelissima semper fuit, perpetuò obseruans & Spi-  
ritus sanctus iubet per Salomonē. Ne transgrediaris ter-  
minos, quos posuerunt patres tui. Quòd et docuit Paulus  
dicens. Deposito custodi &c. Ex hoc enim discrimine  
*2. Tim. 6*  
zizania apparet. Quia opposita iuxta se posita, magis  
elucescunt. Contemplare deinde, Deum malorum  
causam



causam effectiuam non esse, licet mala permittat, neque malum propriè, effectricem causam habet, sed potius deficientem. Si contuleris ueram doctrinam, deprehendes errorem, sola enim scriptura sacra est regula ueritatis, a qua quicquid discrepat, aut contradicit Zizania est, & error, quacunq; specie ad extra prodeat.

*Mat. 12.* Qui non est mecum, contra me est ait Christus. Verum quia diabolus scripturam corrumpit, non sufficit scripturas consulere, nisi probatione, & auctoritate Conciliorum Vniuersalis Ecclesiæ. Quare D. Gregorius dicebat tantam fidem Conciliis Generalibus esse adhibendam quantam quatuor Euangelistis quia idem magister est spiritus sanctus, & idem est auctor contemplare, deinde quòd prima causa mali peruersa uoluntas luciferi fuit. Qui ut apud Isaiam habetur dixit in cœlum ascendam. Omnium uerò bonorum effectrix causa est Deus, iuxta illud Iacobi, Omne datû optimû ex illo igitur primo malo orta sunt omnia mala, quia omnis qui male agit, odit lucem, Superseminata fuit Zizania a Diabolo primo hæretico, ut bonum semen suffocetur sed tamen citius apparuit. Quoniam oportet esse hæreses. Interim dolent fideles conqueruntur boni deplorant catholici dicentes. Quæ conuentio Christi ad Belial aut quæ pars fidelis, cum infideli? & greferunt uidere commixtionem uiriorum cum uirtutibus, malorum cum bonis, hæreticorum cum hæreticis, uellentq; pro Dei gloria & proximi utilitate omnia eradicare. Sed audi Christi sagacitatē in respondendo & longanimitatem patientiæ in respondendo. [*Inimicus homo hoc fecit*] idest diabolus qui dicitur inimicus qua homini aduersatur nec potest pati hominis salutem, Dicitur homo iuxta illud Psalmi. Exurge domine non confortetur homo quia sepe utitur effigie & uoce hominis intentando, nec dicit absolute [*homo sed inimicus homo*] quia ista duo nomina inimicus & homo, possunt per copulam distingui, ut dicantur. Et inimicus & homo. Sic quod per inimicû Diabolus intelligitur.

tur. Et per hominem homo Diabolo consentiens, sed dicit [*inimicus homo*] q. d. inimicus qui est diabolus, & ipse homo Diabolus suggerendo mendacium pro ueritate uirtutem pro uirtute tenebras pro luce Zizania pro tritico homo per liberum arbit. his consentiens. Vnde potest figurari per Saul. Qui factus est inimicus Dauid cunctis diebus. Dauid enim qui interpretatur decorus aspectu, & manu fortis est quilibet fidelis, decorus per puritatem, fortis per constantiam Saul uerò, qui interpretatur abutens, Diabolus intelligitur, qui abusus est donis gratuitis, & contra Deum per superbiam se erexit. Is igitur persequitur Dauid, idest pium hominem, cui licet armis iustitię nos armando fortiter resistere iuxta illud. Induite uos armaturam Dei, ut possitis resistere aduersus insidias Diaboli, non tamen uideatur nos malum ex nobis ipsis auferre laudatur Phinex filius Eleazari qui ex zelo legis Dei interfecit uirum Israelitam, & Madianitidam mulierem, hoc tamen exemplo non semper licet cuilibet Catholico fidei zelatori Hæreticos, è medio tollere, & peruersos homines, morte punire. Hoc sibi uult locus iste euangelii. [*Serui autem dixerunt ei uisimus, & colligimus ea? & ait. Non, ne forte colligentes Zizania eradicetis simul cum eis, & triticum.*] Vide quod fidei zelus, quo fideles nutriuntur, & quo Dauid assimilantur dicenti zelus domus tuę comedit me in aduersariis, & se ditiosis puniendis ordinatus esse debet. Non uult dominus (ut nonnulli sibi plus equo blandientes aiunt) ut Hæreticos ipsos uel quemlibet peruersum in hæresi sua, nequaquam gladijs, ignibus ac mortibus, è medio tollendos sed seruandos iudici Diuino quibus pœnas finaliter sit daturus. Vult Christus quod a nemine priuata auctoritate è medio tollantur. Vult malos non tolli quando sine periculo, damno, scandaloque bonorum, fideliumq; tolli nequuerint. Quot sit ubi uel mali non sunt satis notorii & hæreses conuicti, uel si multitudine complicum, fidei, religionique Ecclesię perniciam,

perniciem, etiam cedis tumultuarię facere possunt. Alioqui ut Apostolus fecit cum publico fornicatore corrigendi sunt, & (si opus est) ab ecclesia separandi, iudicioque seculari relinquendi, ut exterminentur per mortem, ne per eos totum Ecclesię corpus corrumpatur, ut hoc Caiphę a spiritu Sancto dictum impleatur. Melius est, ut unus homo moriatur ne tota gens pereat. Id quod probat hodie Christus dicens. [*Ne forte colligentes Zizania eradicetis cum eis simul, & triticum.*] q. d. si zizania sine detrimento, & perditione colligi possent, certę non permetterentur crescere cum tritico. Quia uerő periculosum est, quod boni cum eis patiantur iacturam, ideo Sequitur. [*Sinite utraque crescere usque ad messem.*] Ex his uerbis colligitur duplices esse malos, occultos scilicet & manifestos, monemur siquidem in hoc casu, ne citō amputemus occultos, quia fieri potest, ut quod hodie aliud uidetur in specie, cras aliud habeatur in flore, & quod hodie est zizania, cras in triticum uertatur. Nam hodie quis habetur hęreticus, qui crastina erit fidelis, & qui ad pręsens peccator cernitur, iustus in futurum erit (ut D. Hieronymus ait) neque Ecclesia nisi de manifestis iudicat. Quod si oppositum uidetur, ex eo quod ait Apostolus, Auferte malum de medio uestri, & secundum eundem prohibemur hęreticos salutare, & cum quibusdam peruersis cibum sumere. Sciendum deinde est, alios malos esse manifestos, scilicet incorrigibiles, ac peruersos, utq; conuictos hi quidem sunt separandi ab ecclesia per excommunicationis sententiam, & seculari iudicio relinquendi, ut dicit D. Thomas. Hi sunt interficiendi de quibus pręcepit Dominus per Moysen. Si tibi uoluerit persuadere frater tuus, dicens eamus, & seruiamus dijs alienis, quos ignorans tu, & patres tui, non acquiescas ei, nec audias eum neque pateat ei oculus tuus, & miseraris, & occultes eam, sed statim interficies eum. Item Exod. Maleficos ne patieris uidere. Vnde

Hie-

Hieronymus. Secundę sunt putridę carnes, & scabiola ouis a caule repellenda est, ne tota domus, massa corpus, & peccora ardeant, corrumpantur, putrescant. Arricus in Alexandria una scincilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est, totum orbem eius flamma de populata est, Lupi non sunt permittendi in medio ouium sub spe ut oues conuertantur, nec faces ar dentes in medio arborum, ut in arbores fructiferas conuertantur, nec leprosi in medio sanorum, ut sani efficiantur: sic nec hęretici manifesti in Ecclesia & inter fideles. Tam enim fetidum est illorum malignorum uirus, ut uel solo olfactu pręsentes inficiat. Quid non poterit uel modico tactu non labefactare, & statim non inficere. Corruptunt bonos mores colloquia mala. Refert venerabilis Beda ex Polycarpo martyre Smyrnęorum Episcopo, & Ioannis discipulo, contigisse aliquando apud Ephęsum Ioannem Apostolum lauari gratia, balneas ingredi, ubi deprehensus, & uiso Cerintho hęretico protinus exclamauit Ioannes, fugiamus hinc, ne & balneę ipse corruant, in quibus ueritatis osor Cerinthus se lauat. Idem Polycarpus narrat, Marcioni hęretico roganti Ioannem agnosceret se, Respondit Ioannes, Agnosco, agnosco primo genicum satthanę Hęc indicant quid cum hęreticis manifestis sit agendum, ne boni per eos, ut triticum pro zizania supprimantur. Hoc argumento olim Dominus schismaticos colere, Datham & Abiron curauit quando uiuos de medio multitudinis abstulit & terra deuorauit eos. Sic Helias prophetas Balal interemit sic Mathias filios superbix persecutus est, sic domus Dauid pacem nunquam habere meruit, quousque Absalon eius filius, in bello, quod contra patrem gerebat non fuit extinctus. In quos & consimiles schismaticos, hęreticos, & malos homines clamat propheta, Exurgat iniquus, deus & discipentur inimici eius, quia discipauerunt legem tuam. Itaque cum dominus ait zizania non esse tollenda, sed sinenda, ut crescant cum tritico:

†† h

si perzizania intelligantur hæretici & schismatici tunc intelligendum est, in causa quando sunt oculi, uel cum extirpati non possunt, sine eradicatione seu periculo tritici, quando uidelicet non sunt aperti, uel satis noti uel potentes habent defensores. Quid ergo de ipsis fiet? ait Dominus, *Sinite utraque crescere usque ad messem* per messem dies iudicij intelligitur, in quo boni a mali erunt separandi quod fiet ministerio angelorum. Vidistis Dei patientiam supportando zizania cum critico audite modò æquitatem iustitiæ suæ retribuendo post cribratum stiticum necesse est ut uentiletur palea, Deo permittente, cum adueniunt tentationes occasione quadam uentorum, expelluntur foras ueritatis oppugnatores, apparent. n. paleæ & non graua quæ probantur, & asseruantur, paleæ autem igni traduntur, quia ut dicit August. nullum malū impunitum nec aliquod bonum irremuneratum, iustum quidem est ut Deus malis finaliter puniat in inferno & bonos remuneret in gloria. Qñ hoc? ait, mittet in tēpore messis. *Tunc* (ait dominus) *dicam messoribus*, i. Angelis *Mat. 13.* nam filius hominis angelos suos. & colligent de regno eius omnia scandala, [*colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum*] Triticum autem congregate in horreum meum. O quāta pœna & quā infelix consortium. O miserrimi fasciculi imprimis *Isa. 26.* erit eorum a bonis separatio, quia tolletur impius, ne *Deu. 25.* uideat gloriam Dei. Secundo erit omnium malorum *Iob. 24.* colligatio, & pro mensura delicti, erit & plagarum modus. Tertiò erit nimia afflictio propter calorem nimium, quia ad niuium calorem transiet ab aqua niuium. Sic habebunt pœnam perpetuam diuersam & acerbam. Erat perpetua quia alligati in inferno indè amplius exire non poterunt, Diuersa, quia alligati in fasciculos non solum uisione diuina carebunt, uerumetiam pœna multiplici secundum multipliciter & grauitatem scelerum erunt afflicti. Acerba, quia *Mat. 25* ignis eorum non extinguetur. Quibus dicit Dominus

nus, ite maledicti in ignem æternum, neque nullo fine cessabit, O si hæc semel & iterum singulis diebus audirent & intelligerent antichristi hæretici flagitiosi & schismatici, nō audiremus tam frequenter in christum blasphemias nec tam fortiter ueritatem oppugnarent, quia uerò omnis malus, ideo aut uiuit dicit Augu. ut corrigatur, aut ut per eum bonum exerceatur, uideat unusquisque quomodo ambulet, uideat ad quid utiles sint tribulationes & ad quid nobis immittatur, uideat bonitatem Dei erga malos quos expectat & tollerat, ut discamus patienter ferre quod emendare non possumus, ac Deo comittere qui nullum malum impunitum relinquit. Reseruatur. n. impius ad Diem ultimum, in quo tandem tanquam Manasses in diebus messis ordeaceæ exterminatur. Hoc petebat dauid ut Deus omnes impios qui contra gloriam Dei se eleuant compescat & exterminet, in chamo & freno, inquit, maxillas eorum constringe. Noli ergo existima *psal. 31.* re te iudicium dei effugisse, si non statim puniat, quia tarditatem iudicij sui grauitatē compenlat. Noli dicere misericordia Dei magna est, peccaui, quid *Eccle. 5.* mihi accidit triste? dicitur, Nolo mortem peccatoris sed magis ut conuertantur & uiuat sed respice ad finem, quia altissimus patiens est redditor, uideatur nunc deus, quasi res humanas non curare: quia uia impiorum prosperatur. Sed quid erit tandem in fine? Quid in finem expectabimus infelices? omnia tempore messis demerentur, omnia iudicio Dei adducentur, omnes nos manifestari oportebit ante tribunal Christi cuncta quæ facta sunt, adducet angeli in iudicium: tunc quod latuit in herba manifestabitur in spica, quod celauit in gramine, erit apertum in fructu, quod permisit in unitate, colliget in discretionem. Fratres uidistis quomodo Diabolus seminauit hæreses, inter fideles. Peccata inter sanctos, lites inter pacificos, dolos inter innocentes non ut zizania acquirat, sed ut triticum perdat, ut in noxios capiat, ut innocentes

adimat ut homines perdat . audistis quō eius natura est Christi contraria cū malis nostris gaudeat, cum nimium sanguinem sitiāt, cum ex nra carne saturetur, cum nostris uiuat ex mortibus didicistis, quomodo hærefes exortæ, propter quod in posterum non oportet pastores dormire, sed uigilare, id est, non torpere inertia, non resolui lasciuia, non premi ignorantia, vel culpa, ne inde suboriantur mali & boni noceant. Audistis etiam prælatos, & rectores posse & debere improbos aliquandiu tollerare, cum modò in ecclesia per mixti sint boni cum malis; maximè quando non satis constat de eorum improbitate, & malitia, sed omnia ad messem referre, utique si se de malo comutauerit ad bonum, deputeretur in triticum domini in celestibus horreis aggregandus, & qui se de fidei fecerit infidelem, de catholico, hæreticum, de probo impium gehennæ deputeretur incendio. Quonia si zizanijs patientia dei non subueniret nec Mattheum de publicano euangelistam, nec Paulum de persecutore apostolum, nec Mariam magdalenam de peccatrice, sancta ecclesia possidere. Cæterum ex his omnibus colligimus, Deum me tuere & in timore extremi iudicij sui persistere. ne tandem super nos hoc ultimum Euangelij uerbum uerificetur (*colligite primum zizania &c.*) Si Christianus es, audi hoc uerbum, si Dei seruus es, sine te ducere ad bonum, noli abijcere frenum, noli hæreticos imitari, sub prætextu christianæ libertatis, omnia Ecclesiæ fræna rumpentes. uolunt enim liberi esse, hoc est libere agere quod libet, ne a quopiam arguantur, uel impediuntur, O libertatem præposteram. Non est hæc libertas christiana, Veneti, libere peccare, omnia inducentia ad bonum spernere, omnia retinentia a malo abrumpere, & conculcare. omissis sanctorum patrum monitis, uanarum rerum studijs operam dare, facinorosos homines palā impunes permittere, sed timeat Deum omnis populus, ibi enim nihil putaret esse

esse mali, ibi quoque nihil committitur mali, ibi nemo quicquam iniustum facit, ibi nullum locum obtinere potest idolatria blasphemia, adulterium furtum, detractio, falsum testimonium, schisma, adulteratio uerbi Dei, contemptus Dei, ubi est timor Dei. Multa quidem bona habebimus si timuerimus Dominum. Faxit Deus, qui ex impio facit pium, ut in meliorem uitam, tam corruptos mores omnes mutant, ut concionatores, & doctores bonum semen seriant, prælati uigilent, Deuoti serui, sint zelatores, corruptores Euangelij risipiscant, peccatores se cognoscant, & Deum timeant, colant, diligant, obediant, ob oculos habeant, nunquam Dei obliuiscantur, nunquam contra Deum agant, sed omni tempore uoluntatem eius faciant, ut triturati flagellis, & tribulationibus in horream gloriæ æternæ Dei congregentur. Amen.

## DE FOELICI SVCESSV

Euangelij ex parabolis grani Synapis, & fermenti Matth. Cap. XIII.

## SERMO II.



QVAM sim & periculofam, & difficilem subiturus prouinciam, de parabolis grani synapis, & frumenti, mysteriorum plenis ad uos (Auditores dilectissimi) uerba habiturus non sanè me lateat. Si enim Christus sapientia patris, discipulis dicebat, In parabolis loquor eis, quia uidentes nō uident, & audientes non audiunt, neque intelligunt plerique, ut potè quòd ut Diuinus ille uates Isaias uerè dixit suis, Auditū audietis, & non intelligetis, & uidentes uidebitis, & non uidebitis. Et uas electionis Paulus Ephesijs scripsit, Sapientiam Dei in mysterio absconditam loquimur, quàm nemo principum

†† 3 huius

huius sæculi cognouit . Quod probat auctoritate eiusdem Isaiæ dicentis. Oculus non uidit, nec auris audiuit &c. cur minus hunc mihi Sermonem difficilem, & periculosum putem cum mysticus sit, cum reclusus sit figuris, uelatus parabolis, opertus sacramentis. Non est nihilominus, quod minus illum amplecti uelim, aut à meo deflectere proposito, tum quòd nihil, uiribus meis confissus audeo, sed me cum paulo omnia posse confido, in Christo qui me confortat, maximè quod is (propheta concinente) uerbum euangelizantibus uirtutem multam dare consueuerit, tum etiam, quia nihil differam, quòd non ex sacro sit sanctarum scripturarum penu depromptum, quod ad docendum est utile, quandoquidem diuinitus inspiratum: Accedit præterea, quod audio Apostolum dicentem, Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum mysteria, & frequenter in suis epistolis præcatur, ut impleamur cognitione Dei. Quemadmodum igitur Christus his parabolis emittit mysteria quæ abscondita erant a constitutione mundi, ita (eo duce) quid in illis intelligat, ego aperiam. Ostendens præsertim faustum, scelicemq; doctrinæ Euangelicæ & fidei Christianæ successum, ut sciant omnes nullam iacturam fecisse Diabolum, ob superfeminata zizania, in illa de quatuor partes seminis imo in illa minima, potentiam totam supernæ dominationis inclusam esse, quæ in grano Synapis coarctatur. Verum quia non solis auribus audendum est uerbum Dei, sed a Deo præcibus sedulis efflagitandus est sanus intellectus. Tu Domine Iesu, æterni patris unigeniti filij, & fidei nostræ & salutis auctor & consumator, in adiutorium meum intendas supplex oro, aperiasque mihi cum propheta labia mea, & os meum annunciabit laudem tuam. Exaudi (inquam) me seruum tuum deprecantem, & de tua misericordia præsumentem. Da uerbum uirtute multa prædicanti, & in corde meo consilium corrobora, ita, ut hæc fidelium tuorum congregatio, mysteria regni tui cognoscat,

Philip. 4

Psal. 67

2. Tim. 3

Eph. 1.

scat, & gaudeat de his quæ potenter & gloriosè facta sunt. Te præcor qui os hominis fecisti, ut concreseat in pluuiam doctrina mea, pluat ut ros eloquiū meum, & quasi imber super herbam, & quasi stille super gramina. Sic igitur diuino auxilio inuocato incipiam. Vos (quæso) attentione ac deuotione audite. [*Aliam parabolam præposuit eis dicens. Simile est regnum cælorum grano Synapis.*]

Pro pleniori dicendorum intellectu. Est notandum quod Apostolus dicit ad Corinthios. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus, Nihil est in Deo, nec coram ipso propter defectum uirtutis infirmum, de quo dicitur. Quis similis tui in fortibus Domine? Sed infirmum aliquando dicitur, ob humanæ uirtutis excessum, quia humanam sapientiam super excedit. Nemini dubium est, quòd cælestia terrestria uincunt, Diuina humana, ideo infirmum Dei licet non uere sit infirmum, uidetur tamen infirmum. Nihil infirmius fuit, quàm Christi mors, nihil ignobilius, & contemptibilis, ut discurrenti patet, tamen hæc infirmitas, magna fuit uictoria, cum enim uictus est, uicit mortem & eam, quam nec gigantes euadere potuerunt infirmitas crucifixi euasit, hoc quidem infirmum singularitate potens, æternitate scelicem, diuinitate fulgens, diffusum toto cælo, tota terra dilatarum, in grano synapis angustias hodie concludit. [*Simile est regnum cælorum grano.*] Regnum cælorum uariæ in Diuinis scripturis accipitur. Aliquando Christus filius Dei regnum cælorum dicitur, cum ipse ait, Regnum cælorum esse assimilatum, cuidam homini regi posituro cum seruis suis rationem, cum ipse siquidem sit, qui iudicaturus est uiuos, & mortuos, & unicuique redditurus secundum opera sua, sicut enim ipse est sapientia, iustitia, & ueritas, ita ex regnum. Hinc est illud. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum id est Christus. Appellatione quoque regni cælorum secundo uenire Ecclesiam

Deut. 32

Mat. 13

Luc. 13

1. Cor. 1.

Exod. 15

Mat. 18

Mat. 3.

clesiam militarem clarum est (dicente domino,) simile est regnum caelorum sagenae missae in mare & c. Sagenae enim Ecclesia est, quae habet bonos & malos hic Christianos, sed postea in nouissima die segregandos, ut potest bonos in gaudium, malos in supplicium aeternum. Hinc & Christianos appellat Petrus. **1. Pet. 2.** Genus electum & regale sacerdotium. quia in ipsis

**Mat. 21.** rex est Christus usque ad consumationem saeculi manens. Quandoque regnum caelorum pro notitia scripturarum sumitur, de qua dixit Christus Iudeis. Auferetur a uobis regnum Dei hoc est, ut dicit Origenes, Mysteria regni Dei. i. diuinae scripturae quas tradidit Dominus. Hoc quidem est regnum caelorum quod grano synapi comparatur (attestante D. Hier.) Regnum caelorum inquit praedicationis euangelij est, & notitia scripturarum quae ducit ad uitam in hoc regno est spes credentium tota, Hoc regnum est omnium credentium scola. Hoc regnum est felicitas uirginum longis continentiae laboribus comparata, hoc regnum est gloria martyrum totius effusione sanguinis conquisita. Possem quidem & indubitanter dicere. Hoc regnum caelorum esse Christum. qui ueluti granum synapis in Hortum corporis uirginis missus in arborem creuit crucis, ac tantum dedit sui fructus saporem ut quicquid est uitale suo tactu soporaret, & condiret. Magna est synapis uirtus, quae in integritate non uidetur, non sentitur, imo occultetur, apparet autem uehementer si teratur. ita fuit Christus spiritus inter Iudaeos modice reputatus sicut synapis (*minimum quidem omnibus seminibus*) id est uilipensus reprobatus, & crucifixus. Nihil humilius Christo, de

**Isa. 53.** quo Isaias. uidimus eum, & non erat aspectus un-

**Ioann. 4.** de nec reputauimus eum. Hinc, uocabant eum filium fabri Samaritanum. Demoniacum legis trans-

**Ioann. 8.** gressorem. quia exinanierat semetipsum, factus obediens usque ad mortem crucis (*Cum autem creuerit maius est omnibus oleribus.*) Huc pertinet, quod

**Ioann. 3.** Ioannes Baptista ait, illum oportet crescere non quidem

dem corporaliter, neque in gratia, quoniam quando Ioannes hoc dixit, erat Christus perfecte quantitatis in corpore, & perfecte Sanctitatis, & gratiae in anima, sed eo modo intelligitur eum crescere, quo & Deus dicitur exaltari & magnificari a nobis, non quod in seipso fiat maior, uel altior, sed quod eius magnitudinem, & sublimitatem agnoscimus profiteamur, & laudamus, sic Christus, creuit fama. s. hominum estimatione. Creuit quia (ut dicit Augustinus) distentus & exaltatus fuit in cruce. Excreuit acquirendo plures discipulos spiritualesque filios, & adeo creuit, ut qui haecenus humilis, & contemptus fuit, tandem filius Dei agnitus est, & humani generis Saluator. Vnde in Isaias scriptum est. Florebit & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine. **Do-Isai. 27.** minus autem per Malachiam dixit. Ab ortu solis, magnus est nomen meum in gentibus. Quia licet Christi **Mal. 1.** primò inter Iudaeos fuerit uilissimus, tandem per Apostolorum praedicationem ac miracula, toti mundo innotuit, atque in cordibus electorum sic creuit, quod agnitus est ut uerus Deus, sicque; [*in eius ramis*] hoc est potestatis defensionibus, & gratijs, requieuerunt fideles. Vnde apud Daniele designatus est Christus per lapidem abscisum de monte absque manibus, qui factus **Dan. 2.** est mons magnus, & impleuit totam terram. Huius synapis figura extitit Dauid de quo dicitur. Proficiebat **1. Pa. 11** Dauid uadens, atque crescens, & dominus exercituum erat cum eo. De quo etiam habetur quod fuit ad instar fontis parui. Nam dicitur, fons paruus, creuit in fluitum **Mahef. 10.** magnus, & in lucem Solemque conuersa est, creuit usque ad Dei confessum, adeo ut Paulus dicat. Dedit illi nomen, quod **Eph. 1.** est super omne nomen, ad hunc sensum dixit. Si exalta **Phil. 2.** tns fuero a terra omnia ad meipsum traham, iuxta prophetiam **Isai. 7.** Isaias qui dixit. Erit germen domini in iucunditate, & **Isai. 4.** gloria, & fructus terrae sublimis, quia reuera fuit **Psal. 10.** germen domini secundum diuinitatem, & fructus terrae secundum humanitatem. Vnde dicitur Terra nostra dedit fructum suum.

Dicerem quoque Regnum caelorum hoc est Ecclesiam

clesiam granum esse Synapis, minima quidem erat, de  
 qua dicitur in canticis soror nostra paruula est, & ube-  
 ra non habet, quia ecclesia nouiter conuersa est gen-  
 tibus, temporibus Constantini paruula erat in fidei  
 dogmatibus, quia ex superstitione gentium, & curio-  
 sitate Philosophorum ueniens, sapientiæ arcem non-  
 dum attrigerat spiritu intelligentiæ scripturæ sacræ ca-  
 rebat, non habebat ubera Doctrinæ, & sacramento-  
 rum ad præbendum lac cunctis gentibus ob maximas  
 persecutiones Imperatorum, & hæreticorū. Ideo iner-  
 mis, infirma, minima, & paruula atque abiecta, ut patet  
 in actibus Apostolorū. Sed post conuersionē Cōstanti-  
 ni creuit & exultata est, Nā maximis principibus ualde  
 chara extitit, ut Beatus Siluester Constantino, & Beatus  
 Ambrosius Theodosio, præbuitque ipsis doctorum co-  
 piam, sicuti fuerunt Chylostomus, Eusebius, Athana-  
 syus, & Basilius, inter Græcos, Ambrosius, Hieronymus  
 Augustinus inter Latinos, in quibus lactis copia abun-  
 dauit, ut sic possent Hæreticos per rationem & scriptu-  
 ram confutare. Et licet paulopost Constantinum inci-  
 derit in persecutionem hæreticorum, maximè Arria-  
 norum, quæ persecutio sæuissima fuit per Vuandalos  
 in Africa, & per Gothos in Europa & postea uexata &  
 humiliata per Maumethum in Asia qui atrocius infe-  
 stauit, Ecclesiam creuit, tamen contra magnos hæreti-  
 cos, & infideles, sacris Concilijs, & generalibus ex qui-  
 bus pacem habuit. Modo etiam uiderur aliquando hu-  
 milis & abiecta propter Lutherum & sequaces, tamen  
 crescit ad modū arboris iudicio Inquisitionis, *[ita ut uo-  
 lucres cæli ueniant, & habitent in ramis eius]* quia princi-  
 pes & Reges sua potestate alta petentes reguntur præ-  
 ceptis Ecclesiæ, & suam potestatem exercent in eos qui  
 sanā doctrinā non habēt. Ita quod semper crescit granū  
 synapis, crescit Christus, crescit Ecclesia in Christo, quæ  
 Christus nunquā non fuit uictor. Est quidē Christus uir  
 sedens super equum album, ut dicitur Apocalypsi, qui  
 habebat arcum, cui data est corona, & exiuit uincēs, ut  
 uinceret.

uinceret. Equus albus Apostoli & discipuli priores *Zac. 10.*  
 sunt, quos spiritus sanctus per Zachariam equos uo-  
 cat, albi, quia puri simplices, ut columbæ deportant  
 Christum, quia Christum profitentur. Nam Chri-  
 stum profiteri coram alijs, est illum portare, ita Pau-  
 lus erat equus albus, quia nomen Christi portauit *Act. 9.*  
 coram gentibus & regibus, & filijs israel. Magnum  
 mysterium fratres, portant illi Christum, & imple-  
 xus habens arcum, iacula mittit per eos. Quid ar-  
 cus? quid sagittæ? Arcus Christi iudicium est, cuius  
 corda aliquando misericordia est, quæ rigorem iudi-  
 cij eius incuruat, Aliquando iustitia, ideo sagittæ hu-  
 ius arcus, quosdam enecant s. quos damnat iudicium  
 Psal. sagitte potentis acutæ cum carbonibus desola- *psal. 119*  
 torijs, quosdam castigant, unde scriptum est, sagitta *4. Re. 13*  
 salutis Domini contra Syriam. Apostoli autem sunt  
 per quos suum iudicium diuulgar, & iacula mittit,  
 ut terrena corda transligantur, & sæculi cupidita-  
 tibus moriantur, ita quod semper apparet Christi uir-  
 tus quia semper Christus uincit, uincit autem ut uincat,  
 uictoriam uictoria sequitur. Videtur quidam carna-  
 libus, quod dum pij affliguntur, dum occiduntur,  
 uincantur: sed hoc est uniuersale, quod in ipsis semper  
 Christus uincit, etiam si exstinguerentur omnes mi-  
 nistri uerbi Dei: si interdicerentur quæcunque Chri-  
 sti sunt. Vincet Christus, licet caro non uideat. imo  
 tū mirabilior est exaltatio & uictoria Ecclesiæ quanto  
 uilior, aut uinci putatur fuit ciuitatibus plurimis, in  
 Ecclesia primitiua annunciatum uerbum Dei enim  
 interdictum, nunquid proinde humilior erat Ecclesia  
 aut uinciebatur, imò tum maxime sublimior & uin-  
 cebat mittit uerbum suum Christus, fructum habeat  
 in ecclesia sua, quod operatur dicebat omnia ad quæ  
 mittitur, ut dicit per Isaiam proinde dicebat Christus *Isa. 55.*  
 Ecclesiæ, Nolite timere pusillus grex. Quia compla- *Luc. 12.*  
 uuit patri uestro dare uobis regnum fuit quidem fla-  
 tus Ecclesiæ uirtus, ac gratia exigua & modica loquē-  
 do

do extensiuè quia pauci credebant, quia adhuc rudes erant, & valde imperfecti quia adhuc partem reputabatur ab aliis. Sed qui ab æterno placuit Deo, p̄ stultitiã prædicationis faceret credentes, arbor effecta est multitudine credentiũ & potètia maiestatis. Placet tñ regnũ cęlorũ pro sacra scriptura hoc in loco sumere hoc est pro prædicatione Euãgelii & fidei Christianæ. Sicut. n. granũ Synapis paruũ est quantitate, ita fides, & prædicatione euangelii fuit a principio satis modica, minimũ erat semen Euangelii (dicit Chysoftomus) quia discipuli uniuersis erãt imbecilliores. Videte (inquit Paulus) uocationẽ uestrã quia nõ multi potentes. [Cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus] quia cũ magna uirtus esset in eis, expansa eorũ prædicatione, ubiq; terrarũ creuit super oĩa dogmata, et surrexit non in olera, sed creuit in arborem] idest cunctis mundi sectis, & credulitatis maior extitit. Vnde sciendũ est secundũ doctores, q̄ prædicatione fidei Christianæ decem modis potuit crescere, in magnitudine, Primo explanatione, quia post Christi aduentũ Ecclesia cognouit qđ latebat supremos angelos, & nomẽ Dei per Christũ magis fuit clarificatũ, credibilia quoq; multiplicata sunt, non noua addendo, sed quodãmodo implicita explanãdo, quia quod uno modo credebatur implicitẽ, & quasi sub uno articulo, processu tẽporis, explicatũ est, & distinctũ in multa credibilia. Secundo creuit illuminatione. Qm̄ uniuersaliter fidei Christianæ cognitio creuit in his qui sunt sub lege noua, q̄ qui sub lege ueteri fuerunt. Quod probat D. Gregorius super illud Beati oculi &c. dicẽs. Secundũ incrementa temporũ creuit scientia Sanctorũ, & spiritualium patrum, & quanto aduentui Saluatoris uiciniores extiterunt, tãto mysterium salutis perceperũt. Ideo Ioannes Baptista, qui fuit propinquissimus Saluatori expressẽ cognouit aduentum Christi in carne unde ait, Ego uidi & testimonium perhibui, quia hic uerẽ est filius Dei, & etiam expressius, & clarius cognouit eum uenturum ad passionem unde subiecit. Ecce Agnus Dei præ-

prænuñcians eius immolationem futuram. Tertio creuit intensiuè in uno, magisquam in alio certificatione, quia nunc fides certior est, quia apertius cognoscimus possidemus securius, & deuotius acquiescimus. nã si in Isaiã legitur Paruulus natus est nobis, certitudo hæc magis fuit adimpleta in lege noua, quam in ueteri eo quod lex uetus loquebatur, non in persona sua, sed in noue legis persona.

Quarto creuit intensiuè in nobis infusione. Secundum quod maior est dispositio in homine noue legis, quam ueteris, quia donum gratiæ maius habent.

Quinto creuit affectione, ac dilectione quia quanto magis quis Deum diligit tanto magis eius uocem audit & præcepta seruat. Natura ipsa comparatum est ut filij parentum mores & animi dotes referant, nos generamur & dicimur filij Dei per charitatẽ per quã quot sunt qui feruentius, & deuotius quo ad actum concupiscibilis se primẽ ueritati (de qua fides christiana est) subiiciuntur?

Mat. 8.

Sexto creuit fidei prædicatione opinione, Secundum quod unus sentit magna de Deo uel maiora quã alius unde ob id dicitur crescere, eo modo quo centurio dicitur maiorem fidem habuisse, qui credebat Christum solo uerbo, posse sanare filium suum, iudicans etiam se omnino indignum esse ut Christus sub tectum suũ intraret, propter quod dictum est ei a Domino Non inueni tantã fidem in Israel non quod maiore fidem non haberet & uirgo Benedicta & Apostoli sed (ut dicit Chysoftomus,) quia a nullo doctus fuit ad ipsam nondum Euangelij prædicatione uenerat. Credidit enim Andreas sed Ioanne dicente, ecce agnus Dei, Credidit Petrus sed euangelizante sibi Andrea, Credidit Philipus, sed legendo scripturas Nathanael etiam prius signum diuinitatis accepit Iayrus Israelis principis, pro filia sua petens non dixit, dic uerbo, sed ueni uelociter Nicodemus de Baptismi sacramẽto au diẽs ait. Quomodo possunt hæc fieri? Maria, & Martha dicunt. Domine si fuisses hic frater

Iob. 11.

ter



ter incus non fuisset mortuus tanquam dubitantes, an ubique posset esse Christi praesentia.

Septimo creuit contemptu & despectione quando multi bona transitoria, intuitu bonorum aeternorum contempserunt, Hoc modo Moyses laudatur ab apostolo dicens. Fide Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiae Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem. Hanc fidem multi nostrates habuerunt, ut B. Dominicus, Franciscus, Benedictus, &c.

Octauo creuit, tollerantia ac firmitate, nam quanto magis quis propter Deum tollerat aduersa libenti animo tanto magis dicitur habere maiorem fidem, ut uisum est in Apostolis, & Martyribus.

Nono creuit operatione, ut fuit fides Cananae, de qua dixit D. Hieronymus. Mira huius mulieris fides, patientia & humilitas praedicatur, fides quippe qua crediderit sanari posse filiam suam patientia, qua toties contemptra, in precibus perdurauit, humilitas, qua se nedum canibus, sed catellis comparauit.

Decimo creuit duratione cum fides probatur (hoc est) professio Christiana cum explorata est tentationibus dicitur crescere, ita quod sicut aurum igne purum ab impuro, ita fides Christianorum a ficta tentationibus, & perseverantia in illis dignoscitur. Nam qui Euangelicae praedicationi, & puritati uitae addicti sunt, afflictionibus sic durantur, ut nihil non agant constantes, & imperterriti, ad quamlibet etiam dura persistant, non secus atque qui uel orationi uel alij rei, sic sunt intenti, ut strepitus incudis, & fabrorum, neque audiant, neque animaduertant. Quid proderit patientia si languescamus, et non adsit duratio, ac perseverantia? propterea sanctissime dicebat Dominus. In patientia uestra, & reijcit eos, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

Verum fides nostra non solum intensiue dicitur magis in uno quam in alio crescere, ut ex his decem modis colligimus,

ligimus, uerum etiam extensiuè, & hoc est quod hic uult, & ex animo obtestatur Christus, quia praedicatione Euangelij primo ualde contempta, omnibus scientiis magis derisiva, creuit per omnes nationes, ita quod sub ramis, id est diuersis dogmatibus, uolucres morerentur. id est omnis secularis scientia, & philosophorum doctrina minorata est. Confer doctrinam Christi dogmatibus philosophorum & libris eorum, uidebis quantum sit minus alijs seminibus, semine euangelij ideo dicebat Paulus. Nos praedicamus Christum crucifixum, sed tamen uirtus Dei est in salutem omni credenti. Sic sunt omnes promissiones Dei exiguae & nihil minus praestare posse in exordio uidentur, sed tandem efficacissime sunt & omnino implentur, Mundus quidem in principio, magna praestare uidetur, sed in fine decipit, crescit in principio, anihilatur in fine. Christus autem hac parabola docet magis aspiciendum esse ad finem quam ad initium. Quare ergo attendis ad grani paruitatem? cura & attende, ne granum pereat, ne auferatur, ne demones illud comedant, & crede quia uerbum Dei est, omnia potes, omnia efficiens, Vide quantum crescebat extensiuè, quia in primordio Ecclesiae ob Christi praedicationem Apostoli carceri mancipantur. Sed ab Angelo liberantur & replent Hierusalem doctrina Christi, & ibant gaudentes a conspectu concilij quoniam digne erant pro nomine Iesu contumeliam pati, omni autem die non cessabant in templo, & circa domos docentes, & euangelizantes CHRISTVM IESVM testatur Lucas quod uerbum Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Hierusalem ualde, ita affirmat capite decimo nono, laetatur Paulus quod fides Romanorum annuncietur in uniuerso mundo, & idem ostendit ad Colosenses, Quanto apud Ephesum creuerit uerbum Dei, & quanto Paulus in Corintho & Achaia Christi negocium egerit manifestum est, quando plures cum detrimento sui Christo acquisuerit. Bene ergo granum synapis fuit praedicatione Euangelij, homo Christus, qui misit in hortum suum, id est, in Ecclesia,

I. Cor. I.  
Rom. I.

Act. 5.

Act. 6.

Act. 19.

Rom. I.

Colos. I.

Eph. 2.

clesia, de qua dicitur hortus conclusus. Hortus quidē uomere euangelij agitatus, stimulis disciplinæ conclusus Apostolico labore a gram inē philosophorū purgatus, promissione regni Dei seminatus, cuius granum radicātū est in patriarchis, natum in prophetis creuit in Apostolis arborem magnam fecit in Ecclesiā, quia multiplices dedit in donationibus ramos, quos enumerat Apostolos ad Corinth. in fine granum, minimum erat omnibus seminibus, & creuit in arborem magnā, exurgit in omnibus oleribus, quia non amplius spiritū huius mundi accepimus. sed spiritum qui ex Deo est, & in quibus loquitur spiritus patris. Sal terræ effecti sumus hoc grano, sapientia hominum qui in terra sunt, quid se studio humanæ sapientiæ euanesimus citātes Homerum, Virgilium, Iuuenalem, Persium, Titū Liuiū, Strabonem, Varronem, Senecam, Ciceronem, Aristotelem, & Platonem stultorum hominum aures demulceamus, atque proeuangelij, pro uerbo Dei, meras nugas & humani uerba crepātes, prædicantes Euangelium nouum, adulterantes uerbum dei, infatuamur. Vere enim insipidi sunt qui Christi Sapientiam cum mūdā philosophia inuoluunt atque declamant? Quis mundum sapientia condiet? Quis eum reddet aptum, ad uitæ immortalitatem, & incorruptibilitatem? Omnes philosophorum scientiæ, omnia hæreticorum dogmata olera sunt, non arbores ideo parua. Christi doctrina magna est, dilatata est, & in altum se extendit. Philosophi enim patriarche sunt hæreticorum (scribit Hieronymus) Ecclesiæ puritatē peruersa doctrina maculantes, nesciētes illud dictum de humani fragilitate. Quid gloriatur terra & cinis? Hæretici uerò (ut idem Hieronymus attestatur) non scripturarum auctoritatem, sed humane rationis sensum sequentes, omnia insipidant, ita ut ad nihilum ualeant nisi ut reprobentur. Sola prædicatio Euangelij sapida est, ipsa sola crescit, docet omnem ueritatem, & suggeret nobis omnia. Hæc est nostra sapientia & intellectus coram populis. Confundantur prorsus.

prorsus superbi, qui uolētibus ad Christum, & ad eius patrem accedere, arbitrantur esse necessarias philosophicas disciplinas, cum audiant, hoc granum synapis se iam diffudisse in ramos arboris magnæ in quibus, cæli aues, idest (ut dicit Theophylatus) qui terrenis supereminet, ut philosophi & omnes carnales fuerunt, fidei securitate requiescant. Non est magnum philosophū esse, aut philosophiam sequi, est exiguum & paruum, Hoc non est scire, sed nescire. Euangelium christi efficit magnum, hoc philosophos alit, christianos oblectat, animam ornat. Euangelium est lex æterna, temporallyter promulgata, Euangelium est diuinæ uoluntatis ostensio, reformatio imaginis deformatæ, inuisibilibium amor, uisibilibium sanctum odium, exinanitio uitiorum, exaltatio uirtutum. Vere dici potest, quod Euangelij prædicatio, est fortitudo super naturam, temperantia extra usum, iustitia super leges, prouidentia super homines. Hæc fide apprehenditur, hæc spe tenetur, hæc charitate moralizatur, atque actu perficitur, in ratione non in sensibus lucens. Ideo comparatur Arbori magnæ. Vis tu, terrenas bestias non timere? uis aues rapaces euitare? eleuare a terra, terrena desere, assume pennas columbæ, ascende sycomorum, & ad altiora uolitans, habitare in ramis huius arboris ibi fac nidum de tanta mansione securus. hoc est crescere, quod uult Christus, ut (ad instar grani synapis) faciamus. Sed Heu quot sunt qui crescunt & crescere uolunt in scientijs, mūdānis, in honoribus sæculi, in iniquitatibus mūdi? Isti nunquā ad aliquē terminum ueniunt, ultra quē crescere non uelint. Non est profectus. Auditores. est defectus. in uia Dei non progredi, est retrogredi, hoc quidem est contra naturam. Nonne uideris, omnis quæ sunt, terminum periodumque habere a natura assignatum? usque ad quem crescere oportet, & non amplius, sed tali cremēto contētatur? O infelix augmentum. Sed postquā omnia suapte natura crescere appetunt, ut patet in arboribus, herbis, & animalibus, quæ

- ab ortu suo crescere non cessant, quousque ad debitum complementum perueniant, crescite in moribus, proficite in bonis, eleuamini in magnam arborem sicut granum synapis. Crescit arbor quando radicatur profunde, quando irrigatur fecunde, quando uegetatur abunde. Homo uero spiritu aliter crescere similiter potest, quando per humilitatem radicatur, cum per pietatem irrigatur, & quando per charitatem uegetatur. Quo ad primum habes de filijs Israel exemplum. Qui quanto magis opprimebantur, per humilitatem, tanto magis multiplicabantur & crecebant. Abraham quoque, ob humilitatem meruit dicere crescere me. fecit Deus in terra paupertatis meae. & Christus dixit Discipulis, Nisi efficiamini sicut paruuli &c. Quo ad secundum dicitur ad corinth. Ego plantaui Appollo rigauit, Deus aut incrementum dedit quonia qui spirituali humiditate gratie & pietatis caret, nunquam spiritualiter crescere possunt. sicut semē illud iactum supra petram, quod natū aruit, quia non habebat humorem, ideo Iob. Nunquid crescere potest carectum sine aqua? q. d. non. & de uinea quae multum abundabat in medulla significante pietatem dicitur. Quod creuit, in uineam latiore. Quoad tertium scias quod sicut calor naturalis est causa naturalis crementi, ita calor spiritualis causa est spiritualis auctio- nis. De hoc dicitur ueritatem facientes in charitate crescamus. Sol. n. est effectiue calidissimus, ut dicit Iacobus. Exortus est sol cum ardore suo, & ar fecit fenem, .i. carnis. & mundi gloriam unde de Sansone dicitur quod creuit, & benedixit ei deus & spiritus sanctus erat cum eo, Sanson. n. interpretatur Sol. & significat charitatem, quae calefacit interiora, ideo spiritus sanctus charitatem semper concomitatur. sicut & ipse patris, & filij sit charitas. His ergo uirtutibus crescere oportet. Veniat haereticus & uideat regnum Dei non esse in sermone, sed in uirtute. Sciat christianam religionē non in uerborū garritu, sed charitate, & mandatorū Dei obseruatione consistere, iam desinat oblatrare, quod

quod Deus ad hominem. Dominus ad seruum uenit, quoniam sic uenit, ut sibi totum per fidem cresceret, ut tu, illi, per charitatem patiter cresceres. Sed quia dicit Apostolus, non est uir, sine muliere, neque mulier, sine uiro. uide aliam parabolam, qua propinat nobis gustum diuinae bonitatis Christus. (*Simile est regnum caelorum frumento quod acceptum mulier, abscondit in farinae satis tribus, donec frumentatum est totum*) Regnum suum ante comparauit grauo synapis, nunc illud efficit simile fermento. Ante synapis granum uir accepit, nunc fermentum dicit mulierem accepisse, antea dixit paruum semen uirum leuisse in magnae arboris incrementum, modo manifestat mulierem fermentum breue, ad profectum totius massae abscondisse. sic Christus uariat comparationes, sic iterat similitudines. de quotidiano usu, non de caelestibus proponit parabolam, de comuni conuersatione, non de occulto, ut ad omne genus hominum perueniat, quod est omnibus profuturum, & mira similitudine similes reddit habitus, diuersum sexum ad unum regnum perducit. non separat his similitudinibus uirum a muliere quia utrunque uocatio christiana ad profectum euangelij uocat. Mysterium hoc magnum est, quia ne- *Ephe. 5.* gocium generis humani per uirum, & mulierem geritur. Adam primus homo, Eua prima mulier fuit. Vir ergo & mulier ab arbore scientiae boni & mali, ad euangelici synapis arborem deducuntur, ut oculos quos arbor illa aperiendo clauserat, arbor synapis dum claudit, aperiret. Audistis iam uirum in agro, synapis arborem seuisse. nunc quid conferatur homini per fermentum a muliere acceptum per scrutemur. (*Simile est regnum caelorum fermento*) Domi mulier fermentum procurat, quia uirum foris expectat labor. intus domestica cura constringit mulierem. Ideo legitur quod Maria Domi sedebat, quoniam contempla *Ioan. 11.* tiui in solitudine atque silentio uacant Deo, tanto utique purius stabilius, dulcius, & quietius, quanto ab omni strepitu saecularium negotiorum omnique tu-  
t t t a mul-

multa hominum mundanorum fuerint remotiores,  
 non loco tantum, sed uoto. Ideo ait psalmista. Abscon-  
*psal. 30.* de: eos in abscondito uultus tui, a conturbatione ho-  
 minum &c. Vnde de patre nostro Augustino legimus,  
*Gen. 18.* quod displicebat ei quidquid agebat in seculo pre dul-  
 cedine Dei. Hinc est, quod sarra sterilis, & anus ex ista  
 preparatione fermenti, & ex tribus mensuris, tres sub-  
 cineritios panes optulit tribus hospitibus & peregri-  
 nis, significas inyllicé, quod mūdus senectute conclusus  
 in sexta eius ætate in tribus mensuris hoc est in equali  
*psal. 48.* tate sanctissimæ trinitatis, suæ fidei fermentum collo-  
 caret. O singularis mutatio, Audite hæc omnes gentes,  
 auribus percipite omnes qui habitatis orbem, quique  
 terrigine, & filij hominum, simul diues, & pauper. Pri-  
 ma mulier acceperat a Diabolo fermentū perfidiae, hæc  
 accepit a Deo fermentum fidei illa abscondit in mensu-  
 ris tribus, hoc est in tribus hominū tēporibus, quod fuit  
 ab Adā, usq; ad Noe, a Noe usq; ad Moysem, a Moyse us-  
 que ad Christū, hæc ab incarnatione christi, usq; ad na-  
 tuitatē eius, a natuitate usq; ad ascensionem, ab ascen-  
 sione usque ad aduentum iudicij fidem conseruat, illa  
 fermento mortis totam massam generis humani corrū-  
 pit, hæc azimis synceritatis & ueritati massam nostræ  
 carnis corruptam reintegravit in Christo. Cōfecit illa  
 panem gemitu & iudoris, ista nobis panem uitæ & læti-  
 tiæ obrulit. Huius secundæ mulieris possem dicere Bea-  
 tam uirginem Mariam typum fuisse. Sed ut in proposi-  
 to persistam, dicam spiritualiter, quod per fermentum  
 intelligitur euangelicæ legis doctrina, per quam corda  
 hominum bonum sortiuntur saporem, ut gustent quā  
 dulcis & suauis est dominus. Non est hoc fermentum,  
*Gal. 5.* illud modicum quod dixit ad galatas paulus totam  
 massam corrupens, quia Doctrina euangelij non  
 est falsa, sed uera. Non est hoc fermentum, pecca-  
*Icor. 5.* tum, de quo dicebat Apostolus. Ex purgate uetus  
 fermentum quia uirtus est omnia bona cauans, nec  
 ab re, fermento comparatur. Sicut. n. tota massa, uel

COR.

conspersio insipida manet, nisi fermentetur, ita omnia  
 nostra insipida sunt corā Deo sine fermento & pasta euā-  
 gelicæ gratie. Sicut fermentum licet modicum sit, ta-  
 men (vt ait Chrysostomus) multam farinam transmu-  
 rat in suam uirtutem, sic uerbum Dei, licet humile ac  
 paruum uideatur, hominem tamen (quantus quantus  
 est) in se transmutat, imo totum mundum. Mulier quæ  
 accepit fermentum ecclesia est. quæ sacramentum cæ-  
 lestis doctrinæ in fermento accepit. Et abscondit uide  
 Christi prudentiam non dixit simpliciter posuit, Sed  
 abscondit in farinae satis tribus] ac si diceret Ecclesia maxi-  
 mas quidem & frequentes calamitates iam inde a pri-  
 mis suis tēporibus passi est, & multas ab hostibus suis  
 insectationes, & clades sustinuit. nunquam tamen suc-  
 cubuit, sicut fermentum, suffoditur quidem, sed non  
 destituitur, imo paulatim ad suum habitum omnia trāf-  
 murat ita Ecclesia licet o. pugnata sit, nullis tamen ui-  
 ribus expugnari potuit, sed diuino præsidio munita di-  
 cebat, in corde meo abscondi eloquia tua ut non pec-  
 cem tibi, & reuera dixit, quia non in superficie uerbum  
 Dei est præse ferendum, sed in corde, & tanquam in pro-  
 pria arcula reponendum, ut suo loco, & tempore profere-  
 ratur. Bonus enim homo de Thesuro cordis profert  
 noua & uetera. Nam & dominus in parabola seminan-  
 tis semen suum, illud tantum fructum tulisse significat,  
 quod in terra bona id est in corde bono, & perfecto, re-  
 ceptum fuerat. Propterea de beata Virgine dicitur, q̄  
 audiens quæ dicebantur, ea conferebat in corde suo.  
 Ad cor enim in primis loquitur Deus, propterea qui  
 uerba eius in corde non excipit, nec illum quidem au-  
 dit dicitur. & grauer in loquentem peccat. Non sic  
 mulier ecclesia nostra, nam [acceptum] accepit a Deo per  
 Christum [abscondit] id est diligentia scelerum, & impie-  
 tum, auulgauit, docuit, & prædicauit [in farinae satis tribus]  
 id est in tribus mensuris farinae aqua conspergæ uel zi-  
 mi locauit &c. miscuit. Sarum enim secundum Hiero-  
 nimum, est mensura palestinae unum modium cuius di-

††† 3 midi

midio capiens. Mensuræ ergo tres, in quibus perhibetur abscondisse fermentum, lex, prophetæ, Euangelia, ubi diuinus sensus, mysticè absconditur, & celatur in uerbo, ut fidelem non lateat, lateat infidelem. [Vel in farinæ satis tribus] quia sunt tria genera hominū scilicet pueros iuuenes, & senes, quos ecclesiæ doctrinaq; fidei inbibit. [Abscondit in farinæ satis tribus] quia uerbum Dei facit, ut Deum ex toto corde ex tota anima & ex tota mente diligamus ut pariat illa fructifera centesimi sexagesimi & trigesimali, uel quia est positum in tres partes mentis, in rationalem, irascibilem, & concupiscibilem potentiam, in his tribus quidem, hæc mulier infudit Euangelij documenta, ut spiritus anima & corpus in unum redacta, non discrepent inter se, & ob id sequitur [Donec fermentaretur totum] id est tria hæc conuenirent ac consentirent in idem, Deo unanimiter seruendo, ita ut caro, & sensualitas rationi & ratio Deo obediant, sicque simul sint unum in Christo, & mundus panis, sicut Apostolus dicit unus panis unum corpus multi sumus. Quamuis enim doctrina euangelica, non sit subiectiuè nisi in rationali parte animæ, redundat tamen, effectumque habet in sensitiua parte & carne, & sic in eis abscondi dicitur uel in fundi. Cæterum, libet dicere, & hanc Christi intentionem puto, quod tria facta, tres partes orbis terrarum sunt Asia, s. Africa, & Europa, quæ pro toto, aut pro maiori parte Christi euangelium recepit iuxta illud in omnem terram exiit sonus eorum, sanctorum patrum ecclesiæ diligentia euangelium ubique est prædicatum. Quod autem sequitur [Donec fermentatum est totum] planum est secundum litteram. quæ ita intelligitur quod tandiu mulier dimisit fermentum in massa, quousq; tota fermento permixta est. atque conueniens facta, ut de ea fieret panis. verum si secundum spiritum contemplantur hæc uerba. [Donec fermentatum est totum] uerissimam illam sententiam quam D. Paulus dixit inueniemus. Ex parte (inquit) cognoscimus & ex parte prophetamus. Cum autem uenerit

Luc. 10.

1. Cor. 10.

1. Cor. 11

nerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. In conspersione scientia diuina nunc est, nunc aspergit sensus, nunc prædicatio leuat corda. nunc fides incrementat ingenia, nunc euangelium doctrinarum more, dilatat suscitatur & diffundit ad augmentum sapientiæ celestis: totum autem erit fermentatum quum Christus uenerit, & prædicatum fuerit euangelium in toto orbe, quousque (ut ait Beda) charitas totam mentem in sui perfectionem commutet quoniam quod hic inchoatur, in futurum perficietur. Felix mulier felix anima, felix ecclesia, quæ ita farinæ suæ insipidæ commiscere non cessat hoc fermentum. Beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud. O mira alteratio, & transmutatio cum ita transformamur, quod quicquid est in nobis fulgeat charitate, quicquid cogitamus, loquimur, agimus, in dei laudem agamus in nouitate uitæ ambulemus, ut occurramus in uirum perfectum &c. Sed cum dicat Apostolus, Epulemur non in fermento ueteri, neque in fermento malitiæ & nequitiae, rursusq; Modicum fermentum totam massam corrumpit. Quomodo regnum cælorum id est doctrina Ecclesiæ assimilatur fermento? proinde notandum duo in fermento reperiri, uidelicet quædam humorum corruptio, & calor inclusus, aut uirtus latens interius. primum explodit Apostolus & nobis tali comparatione inibetur, quia est uetus malitia carnis, & antiqua nostra nequitia, quæ caro a primis laborat annis. Quantum uero ad secundum stat Christi comparatio, ut fermentum hoc est charitatem accipiamus, quæ feruere facit & mentem excitat, ut bonis intendat operibus, & nouam uitam amplectetur. Non mireris, quia [hæc omnia locutus est Iesus in parabolis.] quia si dicta uel facta Christi passim carnalibus sensibus subijcerentur, torpesceret animus mens uacaret, dormiret ingenium, cor tabesceret, extingueretur quicquid est humani uigoris & caloris. Non loquebatur Christus in parabolis solum, ut ueritas absconderetur indignis, sed et ut studiosis daretur occasio

1. Cor. 5.

††† † dili-

diligentis inquisitionis, & ut ex corporalibus & sensibilibus, spiritualia & diuina intelligeremus: Nā sicut in lapide, friget ignis, latet ignis in ferro, ipse tamen ignis, ferri, ac lapidis collisione flammatur, sic obscura dicta Christi collatione resplendent, sed quibus? [ *ad turbas* ] non ad suos, sed extraneos, & usque hodie dicit Hieronymus in parabolis audiunt. Et ideo dicit [ *Et siue parabolis non loquebatur eis,* ] multa sine parabolis dixit, nunc tamen turbis nihil, eius uerbum non eundem effectum in omnes habebat, & rationem assignat dicens, [ *ut adimpleretur quod dictum est, per prophetam* ] David, uel Asaph. [ *dicentem* ] in psalmo 77. [ *Aperiam in parabolis os meum,* ] scilicet turbis, quod non est intelligendum quod nihil loqueretur, nisi parabolicè, sed quia cum hoc aliqua dicebat clarè illa. s. q̄ turba scire debebat, non unq̄ aliqua parabolicè inter ponebat, quæ. s. ad secreta ecclesiæ spectabant. [ *Os meum* ] quia non amplius per Prophetas [ *Eruclabo abscondita constitutione mundi* ] q. d. Discipulis meis manifestabo, atque depromam abscondita. i. parabolarū istarū interpretationes, seu mysteria regni cælorū, quæ a constitutione mundi homines latuerūt. sicut iam dixit. Quod multi propheta uoluerunt uidere & c. prædicabatur olim ante Christi aduentum euangeliū de Christo uenturo, sed prophetis figuris, & oraculis in uoluntum. Prædicabatur Christus nasciturus, sed non in uniuerso mundo, sed in Iudea tantum, non omni creature, sed quibusdam familiis, & certis hominibus ueluti Simeoni, Annæ, Beate uirgini, & eius parentibus, Zachariæ & Elizabeth. sed modò in uniuerso mundo, omni creature prædicatum est Euangelium quod totam hominis naturam transmutat, & summum diuinæ misericordiæ dat pignus, quod tantus & inmensus sese nostræ infirmitati accomodat, & nobis ingratis, ac peccatoribus per se loqui dignetur. O nos beatos, o beatas aures q̄ tā optimum doctore audiunt, eruptantē abscondita, & manifestantem q̄ in corde patris latebant, omnia nempe opera Dei, non tā ea q̄ ad bene be-

tzque

tzque uiuendū pertinent, q̄ ea quæ externè operatur Deus. Lauda proinde Hierusalē dominū lauda Deū lacem Syon. Qui annuntiat uerbū suum Iacob. Agnosce Dei beneficia, audiq̄; magna Christus tibi aperiat, uide q̄to labore usus sit Christus in suis, ut uolūratem patris declararet. Vide, audi, & agnosce quamtū Euangelii pfectus aliis profuerit, & erubescere, quia tu solus illū spernis paruifacis, & contemnis. Disce ex hac parabola respicere magis ad finē q̄ ad principiū. Cogita, quod uilissimum est apud hominē sublimius esse Deo. Et quia altissimus odio habet peccatores expurga uetus fermentū, noli cōtemnere gratiā, fidem, & p̄dicationē, abscondi eas in corde tuo, nec earum obliuisci, quæ Christus declarat & manifestat. Sedulo uerbū Dei audi. Cogita quod populus Dei es, q̄ te elegit Dñs in populū peculiarem, quod filium suum tibi tradidit, qui uerbis suis uia cæli tibi monstrauit, exemplo suo te præcessit, morte sua, omnia impediencia abstulit, resurrectione sua ianuam aperuit, ascensione locū præparauit. Interim multis modis, te de cælo uocare non cessat, te admonet, ut regni Dei prædicationem, quæ donatur ōibus p̄ fidem euangelicā suscipias, suscepta exercea, exercitata, cōices, eructes ac depromas, ut sequaris eum qui cū patre & spiritu sancto uiuit, & regnat Deus. Amen.

DOMINICA XXV. POST TRINITATEM  
super Euang. Matt. 24. De Antichristi aduentu. Et de signis præcurrentibus extremi iudicij  
Diem.

S E R M O III.

CUM omnibus laborantibus dulcis sit finis, & utile tempus consumationis cognoscere, quia & homo in itinere constitutus quanto magis appro-

appropinquat mansioni tanto amplius incipit festinare, mercenarius frequenter computat, quoniam annus compleitur, Agricola semper tempus mensis expectat, negociator die ac nocte Thecæ suæ discutit rationem, & in longo itinere homines etiam pigriter ambulantes, uelocius eunt, cum uia fuerit breuiata, & fini appropinquant. Idcirco Dominus, ac Redemptor noster, hodie de tempore consumationis agit, & ad bonæ conscientie testimonium acquirendum conseruandumque (quasi iugem nobis memoriam) imaginemque futuri iudicij ante oculos constituit, ut non solum terrificum illum horrorem, uerum etiam mercedem nobis paratam sedulo meditemur. Et sic bona melius prosequatur, mala uero cau-  
 tius euitentur. Nam diem illum amant amici, ut dilecto suo inhæreant, metuunt, & uigilant serui, ne dominum offendant, illi obseruant gratiam, quam acciperunt, & ad mensam expendunt, ne usuram mentis perdant. Hi uero quod necdum habent, precibus, & lachrymis impetrare contendunt. Illi gaudent de promissa felicitatis securitate, & gratias agunt, Hi de aduersitate presentis seculi tristantur, deque sæueritate futuri ex-  
 minis trepidant. Quod quidem magnum Dei donum est, quemadmodum pro his lætus Psalmista dixit, Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus, ut liberentur dilecti tui. Fugere a facie arcus, est fugere ab ira iusti iudicij Dei, quæ dicitur arcus quia sicut arcus quanto magis tenditur, tanto grauius percutit, sic ultio extremi iudicij quanto amplius prolongatur, tanto grauius impoenitentes condemnat. Ideo Dominus dat significationem, id est signa præcurrentia iudicij, ut in die illo liberentur, dicit ergo.

*Mat. 24* Cum uideritis abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele Propheta, stantem in loco Sancto (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & qui in tecto non descendant tollere aliquid de domo sua, & qui in agro, non reuertantur tollere tunicam suam. ] Bonitas Dei optimi maxima, & ineffabilis, in multis relucet, quia nos cum  
 non

non essemus creauit perditos quæsiuit, mortuos uiuificauit, captos liberauit, proscriptos restituit, sui que regni hæredes effecit, gloriæ æternæ participes futuros, qua itidem nos quotidie nutrit, uestit, sustentat, honorat, tuetur, & peccantes ad gratiam paternè recipit, & quæ ad corpus, & animam necessaria sunt, benignè, sine nostris meritis & largius quam sperari possint, impartit. Verum maxima apparet in hoc quod uelit nos tanto tempore ante admonitos huius sui futuri iudicij. Non enim admonet nos una septimana ante aut duobus, uel tribus, ut Regem Ezechiam. Non ante quadraginta diebus, ut Niniuitas per Ionam. aut ante centum annis, ut fecit per Noë, sed ab hinc annos mille quingentos & septuaginta, non destitit singulis annis nobis nostris maioribus, & sequuturis, huius horrendi diei memoriam per suos ministros annunciare & inculcare. Ideo quæto magis laudabiles sunt sancti, qui ante Christum fuerunt, tanto nos uituperabiles, qui post Christum sumus & adhuc de seculo recedere nolumus. Illi quidem sciebant finem esse futurum, quando autem nesciebant, nos autem (Domino demonstrante) quotidie sæculum finiri uidemus, & tanquam mali serui (iam albescit aurora) & adhuc dormimus. Nam peccatores homines nunquam putant sæculi finem esse futurum, & quid mirum si quod audiunt non credunt, cum nec illud credunt, quod quotidie uident. Et ideo ex hac euangelica historia est obseruandum, quod sicut olim Hierosolymitanis suæ ciuitatis euerfionem Christus prædixit, & signa prius designauit, quæ tantum calamitatem erant præcessura, ut si uellent, in tempore rescipiscerent, & ita omnia sicut prædixit euenerunt: ita nobis, quæ de futuro iudicio, & de signis ipsum præcedentibus Christus prædicit, re ipsa, experiemur. Et bene erit nobis si penitentiam egerimus, alioqui omnes simul peribimus. Proinde sicut quarundam rerum exitus in ueteri testamento earum rerum figuras gessit, quæ sub nouo testamento factæ sunt, ueluti est Christi uenditio, quæ in  
 non

4. Reg. 20

Ion. 3.

Gen.

Mat. 24.

Gen

- Num. 21* uenditione Ioseph, Christi crucifixio, quæ in serpentis ænei exaltatione, Christi sepultura, & resurrectione quæ in deglutitione Ionæ prophetæ, eiusdemque eiectione è ventre ceti longè antè præfiguratae sunt, sic quoque
- Isa. 1.* tempora quædam ueteris testamenti, quorundam aliorum temporum figuram præulerunt, quæ sub nouo testamento elapsa sunt. Quòd ut notum magis fiat, adducam locum quem Christus in medium profert Danielis prophetæ Daniel enim mysteria de Christo, & quæ post eius mortem uentura erant prædicens ait. Septuaginta hebdomades abbreviatae sunt (ut usque) & erit in templo abhominatio desolationis, (& usque) ad consummationem, & finem perseverabit desolatio. Hoc non solum figura rei gerendæ fuit per Titum Romanum filium Vespasiani, qui desolauit ciuitatem Sanctam, & templum Sanctum, gentemque Iudæorum destruxit. Sed etiam significatio illius temporis præcessit, quo res ipsa, ante figurata postmodum complenda, & consumenda erant in nouo testamento, unde per abhominacionem quam Angelus Gabriel, Danieli reuelauit non solum intelligitur Titus, qui colebat Idola, & proinde fuit abhominatio, & abhominatio desolationis, quia desolata & destructa fuit Hierusalem, aut (ut alijs placeat) imago Cæsaris, quam in templo Pilatus intulit eamque adorari præcepit (Philone teste) uerum etiam intelligitur Antichristus, qui erit totus abhominabilis
- Psalm. 3.* propter malitiam suam quia scriptum est, Abhominatio Domini, est omnis illusor. Nam cum Antichristus illudet, & decipiet gentes merito abhominatio dici potest, cui insultando dicit Dominus. Abhominacionem fecisti decorum tuum, quia licet Deus det Antichristo animam suapte naturam decoram, illam tamen per peccatum abhominabilem faciet. Quid est enim abhominari? nisi execrari, fastidire, nauseare, abhorrere, uel cum indignatione aliquid abiicere? ideo cum nihil externum immunditiæ Deo ingerat nauseam, nisi peccatum, merito peccatum est abhominatio.

hominatio. Hinc dicitur. Abhominatio est Deo uia impij. Iniquitatem odio habui, & abhominatus sum. Et per Isaiam. Incensum abhominatio est mihi. Sed nullum peccatum est Deo tam abhominabile, sicut idolatria, impietas, Apostasia a Deo. Hanc Apostasiam uocat Christus abhominacionem, quam etiam prædicat. [Cum uideritis (inquit) abhominacionem] hoc est Antichristum facientem apostatari, & discedere a Deo populum Christianum, ac funditus euertere Christianam religionem conantem, ut sic uerificetur illud Hier. Desolata est omnis terra. tunc erit consummatio. Vide ergo quòd sub uno uerborum inuolucro, duæ simul figuræ in mysterium futurorum concurrant, rerum scilicet, & temporum, quia abhominatio Titus præ ostendit Antichristi abhominacionem, & sicut facta abhominacione, desolatio subsequuta est. Ita prodicto Antichristo iudicium ultimum fiet. Non sunt meæ partes (Auditores) in hoc loco de mundi duratione tractare, quotque ab exordio, ad Christum intercesserunt anni, & quot inde ad iudicium ualeant comici, quia imprimis, uaria chronographorum inuenitur sententia. Nam aliqui cum Philone, colligunt annos ter mille nongentos, ac sexaginta, alii cum Eusebio quinque mille ducentos, Non desunt qui cum Isidoro Quinquies mille, centum nonaginta & sex, & cum Orosio, ac Beda Quinquies mille, centum, nonaginta & nouem, licet communiter comprobetur intercessisse quater mille, & uiginti. Deinde quia, annos computare a Mundi exordio ad Christum, & a Christo usque ad iudicij diem, res non modo est, perdifficilis, sed temeraria ac incerta. Nonne temerarium est occulta definire? nonne incertum est, futura prædicere? Sum fortassis ego uidens aut propheta? qui longinqua uidere, aut futura prædicere possem? aut Philosophus talis, qui occulta Dei definire præsumam? Non est nostrum nosce tempora uel momēta, quæ pater posuit in sua potestate, & ratio est, quid sicut nemo sciuit quando

*Psalm. 15*  
*Pf. 118.*  
*Isa. 1.*

*Hier. 12*

*Act. 1,*



do Deus facturus esset mundum, nisi ipse solus, ita quādo terminaturus sit, nemo sciet. De Die autem illa & hora, nemo sit (dicebat Dominus) neque Angeli cœlorum, nisi pater solus. Quod quidem Christus sciebat non autem nobis, hoc est non sciebat, ut reuelaret, & nobis manifestaret, quia ex eo nullam utilitatem ad animæ salutem coniequuturos nos sciebat, in certi & determinati diei cognitione: Hinc est quod qui huiusmodi negotium sunt aggressi, modicum honoris sunt coniequuti ut D. Augustinus & Hieronymus ostendunt. Nihil hominus, licet Dominus præcisum tempus nobis non placuerit reuelare, multis coniecturis nos uoluit edocere finem mûdi fore proximum, quin, & in ianuis.

*Mat. 24.* Nam interrogantibus discipulis, Petro s. Iacobo, Ioanne, & Andrea, super hac re, de tribus. Quando s. destrueda esset Hierosolyma, quia dixerat Christus ciuitati, Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui uallo.

*Mar. 13.*  
*Luc. 21.*  
*Luc. 19.*  
*Mat. 13.*  
*Mat. 6.* Quando mundus esset finiendus, quia dixerat. Sic erit in consummatione sæculi exhibent Angeli &c. Quando Christus secundò esset uenturus, ex eo quòd supra dixerat. Filius quidem hominis, uenturus est in gloria patris sui, illis uerbis. Dic nobis quando hæc erunt, & quæ signum aduentus tui? Et consummationis sæculi? Illis respondit; primò ad tertium quæsitum dicens. Vide te ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo, dicentes; Ego sum Christus, & multos seducunt. Secundò ad primam interrogationem respondens ait. Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum uide te ne turbemini, id quod Lucas manifestius protulit cum uideritis (inquit) ab exercitu circumdari ciuitatem scitotè quod uenit desolatio. Tertio secundo quæsitò satis faciens, ait. Et prædicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus & tunc ueniet consummatio. Ecce signa & tempus ipsum quærebant Apostoli Christus autem signa ostendit, de tempore autem tacet, quia uult ut ita quotidie uiuamus ac si altera die iudicandi essemus, tunc uero

*Luc. 21.*

do signa exhibet quibus uicinitatem diei illius coniecere ualeamus, ut iuste & piè uiuamus, & in timore ac tremore, diè illum expectantes, paratiores inueniamur. Cæterum reddit Christus ad primum quæsitum quod primo loco petierant Apostoli, scilicet de tempore destructionis urbis, & templi dicens. [Cum uideritis abominationem desolationis.] Quoniam ex hoc responso, si quis sano iudicio, rem uoluerit contemplari, & consummationem sæculi, & diem aduentus Domini facile coniectare poterit, & tribus Apostolorum interrogationibus, satis erit factum. Ad primam cum dicit. [Cum uideritis.] Ad secundam cum dicit. [Statim post tribulationem.] Ad tertiam, dicens. [Tunc si quis uobis dixerit.] dicit ergo [Cum uideritis.] Supra prædixit signa deuastationis urbis, & templi, scilicet furorem armorum, & obsidionem, nunc ipsam destructionem prædicit per abominationem a Daniele prædictam, ex qua uult nos aliam intelligere, quæ iam cœpit, sed nondum completa, uicina tamè consummationi. Nam quemadmodum in excidio ciuitatis, præcessit abominatio in desolationem, hoc est, idolum, aut imago, quæ nomine desolationis tunc intelligebatur cum in templo desolato poneretur. Ita in cœflagratione orbis, Antichristus (qui abominatio in desolationem dicitur) præcedet omnino. hoc est antequam ueniat dies Domini erit abominatio, idest Apostasia, discessio a Deo, non qualiscunque, sed ea quæ desolatoria. Non est expectanda modò hæc abominatio, sed iam uenit. Quia sicut Christi regnum ab iusto incepit Abele, sic Antichristi regnum ab ipso impio Cain originem traxit, incepit tempore Apostolorum & quantum fuit in se funditus euertere conabatur religionem Christianam. Tunc (ut ait Apostolus) operabatur mysterium iniquitatis. Quia (secundum Sanctum Thomam) Diabolus, in cuius potestate Antichristus uenturus est iam incipit operari occultè iniquitatem suam, & per tyrannos & seductores, quia persecutiones Ecclesiæ huius temporis sunt figuræ illius, ultimæ persecutionis, contra om-

*2. Thes. 2.*  
*2. Ioh. 2.*

nes bonos, & sunt sicut imperfectè cōparando ad illam. Hoc quidem fuit tempore Neronis dicit Augustinus, p quē diabolus tanquā per antichristū apostolos & Martyres occidit. Cuius facta ueluti Antichristi uidebātur. Hinc est, quod ait Ioannes audistis quia Antichristus uenit, & nunc antichristi multi facti sunt, unde scimus, quia nouissima hora est. Quia & si antechristus ille insignis furcifer, de tribu Dan nasciturus, filius perditionis homo peccati, insignis, ac magna bestia, nōdum uenit, tamen præambulones eius uenerunt, & eius tempus fuit, a Domini prædicatione usq; nunc, & usq; ad finem sæculi erit (ut ex uerbis in Apocalypsi elicitor) Sunt quidem Antichristi, omnes Dei hostes, oēs euangelicæ doctrinæ aduersarii omnes heretici, ueritatis obscuratores, quemadmodū olim fuerunt, (testibus Tertulliano Iræneo & Eusebio) Simon Magus & Menander, a sectatoribus suis loco Dei adorati, Saturnus Basilides, Carpocrates, Cerinthus, & Hembio, Christi, uel diuinitatē uel humanitatem negantes, Mahometus, Lutherus, Anabaptistæ, sacramentarij vgonotti, & impostores omnes, qui populū sub specie religionis seducunt. Vnde ex his pulchre Ioannes collegit, quia nouissima hora erat: i. instabat ille dies horribilis iudicii. Simili est usus locutione Paulus dicens, Hora est iam nos de somno surgere, & quando ait. Nos sumus in quos fines sæculorū de uenerunt, quia tempus præsens, uices gerit, illius nouissimi temporis, quo Antichristus christianæ religionis insignis hostis, seditioes, & tyrannidem supremam in euangelium Christi exercebit aduētum impijssimi hominis ostendit, cuius regnū, Ioannes in Apocalypsi præclare quidem per bestia illam, cui draco potestatem suam dedit: & per mulierem illam bestię infidentem ac de uiro prostitutionis in omnes gentes potestatem, intelligit. Quare & si hactenus non se prodiderit, in persona prodidit, & prodit sese, in suis pestilentissimis membris, non tamen abesse satis, non suspicor, quin & in breui reuelandam exultimo, & domini interficiendū spiri-

tu[ut Paulus scripsit.] Quod quidem comprobari potest cōparatione Beati Gregorij ab humano corpore sumpta. Sicut. n. inquit in iuuentute uiget corpus, forte, & incolumē manet pectus, torosa ceruix, plena sunt brachia: in annis autē senilibus, natura curuatur, ceruix excicata deponitur, frequētibus suspitijs pectus vrgetur, uirtus deficit, loquētis uerba anhelitus interdicit, nā & si lāguor desit, plerūq; sanis, ipsa sua salus, ægritudo est: ita mūdus in annis prioribus uelut in iuuentute uiguit, ad propagandā humani generis prolem robustus fuit, salute corporū uiridis, opulētia rerū pinguis, At nunc, inquit, ipsa sua senectute deprimitur, & quasi ad uicinā mortem molestijs crebrescentibus, crebrius urgetur, In eundem sensum tendunt. & uerba. Origenis tract. 28. super Matth. Sicut, inquit, ægrotant corpora, ante mortem eorū, qui uim extrinsecus patiuntur, & quēadmodum in omnibus per infirmitatē fit uia, ad separandā animā a corpore suo; sic talis ac tanta creatura mundi, cū corrumpi cōperit, quasi initium habēs, & finem, necesse est, ut ante corruptionē langueat, ut terra quidē frequētius terremotibus conquasset, per aerē autē uim quandam mortiferā concipiens, pestilens fiat. His igitur accidentibus, consequens est, ut mobilis natura, quasi totius mundi pars aliqua constituta, cōpatiatur uniuersarum rerum mutationi, ut puta, conlucta nutritiō non resumens, ueniat ad defectum, & corrumpitur. Ergo quia in occasu sæculi sumus, quia inclinata est iam dies, quia dies Domini iuxta est, & magis prope, q̄ creditur, & eo propior q̄ quo nescitur, præcedunt quidam ægritudines mundi. Egritudo mundi est fames, ægritudo mundi est pestilentia, egritudo mundi est bellum cum Hæreticis, cum turcis cum falsis fratribus ægritudo mundi est persecutio, labor, & afflictio, qualis non fuit ab initio mundi, usq; mō; languet itaq; mundus (si nō agonizat) & p corruptionē rerū infimarum hoīumq; peccata, quasi ad uicinā mortē urget, desperatus, egratū mundus usq; ad mortē quia inualescit

††† mali-

- malitia in hominibus christianis, ita ut nō remaneret in eo alitus. Tres sunt lāguores, quibus anima, noster microcosmus, deficit, & necatur, primus est superbiz tumescens ad modū ydropilis De quo Diuus paulus dicit Superbus nihil sciens lāguens circa qōnes, & purgnas uerborū. ubi triplicē defectum hoīs superbi tāgit primus est, quia est incius, nō. n. seipsum cognoscit. uñ dicit nihil sciēs. sed profectū sui, cum eius sciētia non ædificet, secundus defectus est quia est egrotus habēs languorē in capite, dū se super alios extollit, mærorē in corde, dū aliū eleuari conspicit, in toto corpore, dū ab alto in imum ruit, & gloria eius ex toto euanescit. De quo bene dixit Isaias. Omne caput languis dū, & omne cor inerēs, a planta pedis, usq; ad uerticem capitis nō est in eo sanitas. Tertius defectus est, quia contentiosus, nā inter superbos iurgia semp sunt. Lāguor aut secundus est, luxurię putrescens, ad modū putridæ febris, de quo lāguore dictum est Cuba super lectū ruum, & lāguorem simula. qñquidem luxuria primo requirit accubitu propter delectatione, secundo facit hominem lāguidū p detentionem. Nā lāguor dicit quasi lōgus uigor, quo. i. uitiū luxurię lōgo tēpore in hoīe uiget, & maxima cū difficultate dimittitur. Tertio facit hominē simulatū per abscondionē, abscondit. n. turpitudinē luxurię suæ iuxta illud Iob. Oculus adulteri obseruat caliginē. Tertius lāguor est auaritiæ inardescētis ad modū febris acutæ, cū auaritia sit lāguor oculorū, quibus terrēna cōspiciūtur. de quo lāguore dicit in psalmo lāguerūt oculi mei præ inopia, quia semper inops est, cui deest, q̄ quod habet, q̄ quod nō habet. ex tribus his lāguoribus amittit oēm sensum. Nō. n. uidet presen tē statū suū, uel potius casum, nec odorat bonū odorē celestiū, nec peccatorū fætorē, nō gustat qm̄ suavis est dñs, nec audit uerbū Dei, deniq; nō sentit laborē & dolorē in quo est, & pōt dicere illud prouerb. Verberauerūt me & non dolui, traxerunt me, & ego nō sensi. Sic sic mundus delectatione tractus superbia elatus, auari-

ria detētus, cadit a gratia, infirmat fide, & uicinus ē morti. En uides mūdi interitum q̄ senescentis defectionem p̄se ferat. Hoc quidē nobis tacentibus, & nulla de scripturis sanctis documenta promentibus, mūdus ipse iā loquit, & occasum sui, rerū labentiū probatione testatur, Nō hyeme nutriēdis seminibus, tanta imbriū copia est, nō frugibus estate terrēdis solita fragrātia est, nec sic uerna de tēperie, fata læta sunt, nec adeo arboris fætibus autūna fæcunda sunt, Minus de effolis, & fatigatis mōribus eruuntur marmorū crustæ, minus argenti, & auri opes suggerūt exaustra iā meralla, & pauperes uenæ, Breuiat in dies singulos, decrescit, ac deficit, in agris agricola, in mari nauta, miles in castris, innocentia in foro, iustitia in iudicio, in amicitijs concordia, in artibus peritia, in moribus disciplina. Quod uerū sit, manifestū est. Nā ubi modo relucet fides firma & ubi honestas sincera? Ubi uirginum pudicitia? ubi conjugatorū fidelitas? ubi uiduarum religio? ubi artistarū restitudo? ubi inferiorū obedientia? ubi superiorū charitas? ubi puerorum reuerentia? ubi mulierū uerecundia? Heu confusa sunt omnia, infirmata sunt omnia, omnes declinauerunt simul, inutiles facti sunt, nō est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Quod non solum est horribile dictu, sed etiam execrabile, quod tam elegans, & aspectu iucundum Dei opus, nempe corpus & anima hominis, ad similitudinem Dei conditum, tantis peccatis conspurcetur, sceleribus in pudicitie contaminetur, in seruitutem Diaboli, carnis, & omnium uitorum, & tandem in infernale baratrum precipitetur, Indignum est prorsus, ut is, qui Christi sanguine fuit redemptus, in filium Dei adoptatus, & translatus ad seruiendum iusticie, fiat (sua uoluntate, mācipium peccati, Diaboli scortum. Bone Deus, unde hoc? Quia Zach. 7. hodie uerificatur illud Zacharię, Auerterunt scapulas suas recedentes, & cor suum posuerunt ut adamantē, ne audirent legem Domini. Hi omnes assimilantur carpis. Carpa enim secundum Isidorum piscis est, qui

uidens rethæ piscantis fugit ad fundum aquæ, & figit  
 ibi caput suum in luto, ne capiatur, ita quod rethæ nō  
 tangit nisi eius caudam. Piscatores sunt Ecclesiæ præ-  
 lati, prædicatores, Principes, reges ac rectores, rethæ est  
 Euangelium, uerbum Dei, statuta canonica, præcepta  
 & regulæ bene uiuendi, per quæ piscatores Ecclesiæ, ni-  
 tuntur animas Christi sanguine redemptas, & aqua  
 baptismi ablutas atq; purgatas capere, & ad usum æ-  
 terni regis adaptare, uerum homines ita lutuosi sunt,  
 ita delectantur peccatis, quod ratione relicta, & uelut  
 equus, & mulus in quibus non est intellectus, figunt  
 corda sua, & inuoluunt caput luto superbiæ, auaritiæ  
 luxuriæ inobedienciæ, nec aliqua correctione tangun-  
 tur, nec eruditione informantur, sed quasi in malitia  
 obstinati, solū in cauda, id est in fine mortis timore pœ-  
 næ, non iustitiæ, se modicum tangere permittunt, sæ-  
 pe se excusantes, ac dicentes, cæci sumus, & uiam ueri-  
 tatis ignoramus, nō habemus doctores, qui nos ope-  
 re & sermone doceant falsum loqueris. peruersæ chri-  
 stiane, improbus es, & cor tuū malitia induratum est,  
 ideo quanto magis correctione percuteris, tanto plus  
 intus malleatione induraris. licet. n. uita sancta tibi or-  
 dat, nō solū uerbo, sed et facto. uiam tñ rectā, non imi-  
 taris, quia delectatione carnis, & uoluptate mundi al-  
 liceris, in uia inferni abscedere. Nūc in tātā leuitatē ex-  
 creuisti, ut oēs ad pietatē exhortationes cōtemnas, ut  
 ne audire quidē eas digneris, id quod uel maximē hoc  
 tēpore uideo. In alijs qdē rebus nō parū faciūt admoni-  
 tiones & exhortationes. Excitat. n. dormiētes, urgēt pi-  
 gros, animū reddūt timidis, cōfirmāt audaces, id quod  
 maxime in rebus bellicis uidemus, In spiritualibus au-  
 tem rebus, misera res est, admonitiones non prodesse,  
 hominem, & christianum uerbis persuadere non pos-  
 se, ad suam ipsius salutem, & facillime posse persuade-  
 ri ad suam ipsius perditionem. Quid faciemus homi-  
 nibus istis? aut quibus tandem medijs dura ipsorum  
 corda emolliiri posse putabimus? Reuera illud unum

reme-

remedium est, cogitare mundum senescere, & antiqua-  
 ri, & quod potest mundus ipse, figurari per uiros  
 quos uidit Ezechiel, quorum quilibet habebat in- Eze. 11. 9.  
 teritus in manus sua, qui nisi erant ut interficerent  
 oēs habitatores Hierusalem super quos Thau non in-  
 uenirent impressum, Quia mundus suis uoluptati-  
 bus, homines spiritualiter interficit non habentes si-  
 guram triangularem uirtutum Theologicarum, sci-  
 licet, fidei spei & charitatis. Igitur, cum fides mor-  
 tua sit, cum spes futurorum bonorum abolita, &  
 charitas refrigescerit, nihil aliud superest, nisi quod  
 mundus deficiat, & quod dies domini prope sit,  
 & ad ianuam stet. Potissimum autem, quia hæc sen-  
 tentia mundo data est, hæc Dei lex est, ut omnia or-  
 ta occidant, & omnia aucta senescant ut infirmetur  
 fortia, & magna minuantur, ut cum infirmata, & dimi-  
 nuta fuerint, finiantur. Nec in parabolis locutus est  
 Dominus super his, si hæc Euangelij uerba nitaris,  
 ad mysticos sensus inuertere. Sed ita fient. Cælum,  
 & terra transibunt ( dicit Dominus ) Verba autem Luc. 21  
 mea non transient. Quid est non transient? quia si-  
 ne effectu, irrita non erunt. rata sunt ergo uerba Dei,  
 fient omnino, omnia quæ locutus est. Caueamus  
 igitur ( ut dicit Diuus Cyrillus ) & confirmemus ani-  
 mam nostrā, quia nescimus si nostrō tpe id fiet, bonum  
 est tamen, ut hæc audiētes, præmuniamus; Illū terrebāt  
 bella gentium, terrebant schismata Ecclesiarū, terre-  
 bat odium fraternum, ut quasi mox uenturum Anti-  
 christum existimaret, sed cum Cyrilli sæculum hisce  
 temporibus comparatum, aureum omnino, & ueluti  
 diuinū fuisse uideatur. Quid nos minus, q̄ quod for-  
 se nostra adhuc ætate, homo peccati reuelandus sit, de-  
 bebamus formidare? Ideo quod sequitur summa diligen-  
 tia est obseruandum. [ Tunc ( inquit ) qui in Iudæa  
 sunt, fugiant ad montes ] q. d. cum uideritis hoc regnum  
 Antichristi abhominandum. cuius virtus, gloria, &  
 maiestas Christi, supra modum, blasphemabitur,

††††

3

con-

cōtemneretur, & propemodum abhōlebitur, cū uideritis hereses, flagitia, & seditiōnes, in Ecclesia Dei crescere, & dies domini instare, nolite negligere hanc gratiam, mementote ( obsecro ) uos omnes ante tribunal Iesu Christi sistendos esse, ideo qui sunt in Iudæa, hoc est fideles, qui tantū Deum corde credunt, & ore confitentur, iuxta illud Apostoli. Corde. n. creditur ad iustitiā, ore autē confessio fit ad salutē. [ *Fugiant ad montes* ] hoc est, ad pietatis uirtutisq; opera. per montes. n. uirtutum cacumē intelligitur, ad quod debet imperfectus, ut perfectus efficiatur ascendere, ut de eo dici possit. Ecce iste uenit saliens in montibus, & assimiletur Mathatæ fidelissimo, qui imminente persecutiōne Regis Antiochi, nolēs idola colere, & Dei legem dimittere. exclamauit uoce magna in ciuitate, dicens, Oīs qui zelum habet legis, statuens testamentum exeat post me. Et fugit ipse & filij eius in montes, quo exemplo hmōi tēpore monemur, fugere ad superiora, uirtutes petere, quemadmodum is qui dicebat, leuauī oculos meos ad montes. Felix qui ad hos montes profugit, qm̄ certē tutus erit, sicut persecutus fugiens ad montem absconditur tutus. [ *Vel fugiant ad montes* ] hoc est ad studium sacræ scripturæ, nam sacræ scriptura est salutis nostræ organū, quia illuminat omnes, ut unum solum Deum agnoscamus, humiliat omnes, ut unum Christum respiciamus, & multa consolatoria in scripturis sanctis reperiuntur, per quæ piorum animi in tribulatione positi, eriguntur. Docent nos Deum sceleratos pro sua iustitia puniuisse, unde discimus, & nos Deum metuere, & rescipiscere, ne nobis idem accidat, ut habetur in Hieremia a tertio, usque ad decimum caput. Docent, si quando liberauit suos, ut Noe, Loth, Abraham, Moyses David, & nos liberandos, hoc sacræ literæ præstant, quod prophane non faciunt. hac de causa dixit Apostolus. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinā scripta sunt, ut per patientiam, & consolationem scripturarum, sp̄ habeamus. [ *Et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo*

domo sua.] Hoc ad perfectos quorum cōuersatio in ecclesia est pertinet. Nā in tecto esse, est Deo per charitatem uniri, & coniungi quemadmodum passer solitarius in tecto, Nimis stultus esset, qui iam ad tutiora loca se cōtulit, & hostis furorē fugit, pro rebus caducis descendendo uitam amittere. Ergo hortatur perfectos, & contemplatiuos, ut neglectis cupiditatibus rerum sæcularium, in alta, & dulci contēplatione persistant, dicente scriptura *Eccl. 18. ra. Post concupiscentias tuas nō eas, & a uoluptate tua auertere, item ad Isaac. Ne descendas in Aegyptum, sed quiesce in terra quā dixero tibi. Hac de causa sequitur. [Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam.]* hoc est qui Deum mente gustant, ad priorē conuersationē nō redeant, ad sæculi occupationem non reuertantur. Ne mo. n. mittens manum ad aratrum & aspiciens retro aptus est regno Dei, melius quidem est oībus externis carere, q̄ Deum & animam perdere. Quid. n. prodest homini si uniuersum mundum lucretur? O notatu dignissimam regulā. Vt inam cordi adhiberetur, & prohd̄ior omnino negligimus, paruipendentes Rubem & Gad pastores de quibus dicitur, quod uenerunt ad Moysen, & dixerunt, Nos pergemus armati ad bellum, ante filios Israel donec introducamus eos ad loca sua non reuertemur in domos nostras, usq; quo possideant filij Israel hereditatem suam, nec quicquā quæremus trans Iordanem, quia iam habemus possessiones nostras in plaga orientali. Hinc est charissimi quod sequitur Christus. [ *Vel autem prægnantibus, & nutriendibus in illis diebus.* ] quo exemplo insectatur acerbissimē eos, qui rebus terrenis & creaturis adhærent. Quemadmodum enim mulieres prægnantes, & nutriendes infantulos pp̄ onus facile & expedite currere nequeunt, cum eis imminet periculum, sic anima onerata rebus caducis prægnans quodad affectum, nutriens quō ad effectum, difficillimē onus abiicit, nec ita facile currit cum per tribulationē uocatur a Deo, quia difficile est diuitem intrare in regnum cœlorum, pro his quidem optandum ne fiat eorum

rum fuga hyeme uel Sabbatho, ut dicit Saluator. [*Orate autem ne fiat fuga uestra hyeme uel sabbatho.*] Quia sicut in altero (ut notat Diuus Hieronymus) duritia frigoris prohibet ad solitudines pergere, & in montibus desertis latitare, in altero autem, transgressio legis est, si fugere uoluerint, aut mors imminens, si remanserint; ita periculum maximum imminet cum charitas frigidescit, quæ in hyeme designatur, & cum otium dominatur quod per Sabbathum intelligitur. Ibi friget amor, hic cessant uirtutes, ideo cauendum est (dicit Hylarius) ne in peccatorum frigore, aut in otio bonorum operum reperiamur, quia grauis uexatio incumberet.

*Hier. 37.* Infelices de quibus dicitur, In illa die non erit lux idest charitas, sed frigus & gelu, idest tenebra peccati. Felices uero qui Apostolum audiunt, clamantem. Surge qui dormis, & illuminabit te Christus. Qua autem de causa sit surgendum, & fugiendum subdit.

*Eph. 5.* [*Erit enim tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet.*] Vbi sciendum quod tempore Antichristi adeo grauius persequetur o erit, ut Daniel dicat,

*Dan. 11.* Veniet tempus quale non fuit ex eo, ex quo gentes regnare cœperunt. Tunc enim erit seductio Pseudoprophetarum, & Apostolorum, Abundantia iniquitatis, Charitatis cessatio, Regum discordia gentium seditio, Plaga multis in locis pestilentia, famis, & terræ motuum, etiam fratres inuicem tradent, & odio habebunt.

*Apo. 12.* Habebit tunc Diabolus iram magnam, sciens, quod modicum tempus habet, Nam iuxta illud Apocalypsis. Datum est bellum facere cum Sanctis, & uincere illos, & data est ei potestas in omnem tribum, linguam, & populum, & gentem. Tanta illius diei erit acerbitas, tantus erit horror, quod non semel Diuina scriptura diem illum exaggerauit. Accingite uos (inquit Ioel) & plangite Sacerdotes, ululate ministri altaris, cubate in sacco ministri Dei mei, quoniam intrepidus de domo Dei uestri sacrificium & libamē, & clamarē ad Dominum Ah, ah, ah dicit, quia propē est dies domini,

*Ioel 1.*

domini, & quasi uastitas, a potente ueniet Sophonis uero similiter exaggerat. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ, dies illa, tribulationis, & angustia, dies calamitatis & miseria, dies tenebrarum, & caliginis, dies nebulæ, & turbinis; dies tubæ, & clangoris. Magnus enim dies Domini, & terribilis ualde, Magnus reuera, in quo (ut dicit David) Magnus Dominus, & laudabilis nimis, annuntiabit inter gentes gloriam suam, & in omnibus populis mirabilia sua. Scio quamplurimos esse Christianorum, & forsitan præsentium, qui ex quadam stupiditate paruifacientes, hæc quæ de horrendis Antichristi, & iudicij Diei prædicantur, se iam ad mortem paratos fore, ac summè desiderare extremum diem profitentur, sed audiant Amos prophetam. Væh (inquit) desiderantibus diem Domini. Ad quid eam uobis? Dies Domini iste, tenebræ, & non lux. quomodo si fugiat uir a facie Leonis, & occurrat ei ursus, & ingrediatur domum, & innittatur manu sua super parietem, & mordeat eum colubet. Valde igitur male uobis consuliis, temerè desiderando diem domini. Non enim in lumine uultus Dei ambulatis, quia non estis filij lucis, sed tenebrarum uidete ergo ne tenebræ illius temporis, uos comprehendant. [*Et nisi breuiati fuissent, dies illi non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi.*] Difficile quidem humana uirtus in tentatione persistit. ideo hoc uerbo Christus nos consolatur. Fidelis enim Deus, qua non patietur nos tentari, supra illud quod non poterimus.

Nec est cur cuiquam hoc absurdum esse uideatur, aut contrariū dictis diuinæ scripturæ dicentis. Omnia fecit Deus in numero, pondere, & mensura. Item posuisti terminos eius qui præteriti non poterunt, quia licet rerum quarumlibet certa durationis tempora, inuariabilis Dei scientia constituat, & præcognoscat, non tamen infallibilitas illius præscientiæ, omnibus tempo-

Soph. 14

Psal. 99

Psal. 88

1. Co. 10

Iob. 14

temporibus, finē imponit ex necessitate, quia euentū multarum rerum, in libertate uoluntatis hominum mutabilem, & in hoc uel illud tempus, pro uarietate secundarum causarum suspendit determinandum. Quis est qui nesciat præscientiam dei non imponere necessitate rerum euentibus, sed multa dependere ex hominum uoluntate, & secundariis causis? Quis tam cæcus qui non uideat, non semper rerum omnium effectus sequi euentum, nec oēs temporum mensurę determinatam accipere suę completionis perfectionē? non quod homo possit (uoluntate sua) diuinum perturbare consilium, quasi Deum, quod semel statuit rursus mutare cōpellat, cū Deus præsciendo, utrunq; præueniat, & qđ homo uoluntate propria, diuino decreto, non acquiesceret, & quod nunquam tamen non fieret, quod semel futurum ipse præuidisset. Mutatur futura, secundum quod homo sperauerat, uel ordo causarum naturalium gestabat, non secundum id, quod Deus facturum esse præsciuerat. ita præuidit Deus, ut nullam pariat inuariabilis eius notitia mutationem, nec in tempore discat, quod ante tempora sciuit, siue nunc, siue tunc fiat, siue illo, siue isto modo fiat, semper fit, ut ab æterno præcognouit. Sed ut ad propositum reuertamur, Nonne Adam erat creatus a Deo, & in paradiso collocatus, ut operaretur in illo, & uiueret perpetuo, ut frueretur Deo? At ille dum libera uoluntate peccauit fecit ut euentus uitę nostrę (qui fixus in Deo perpetuus manet) incertus sit, & uarius, non minus ad pœnam quàm ad gloriam, pro meritorum diuersitate conuertibilis? Dic, David Rex secundum quandam Dei præscientiam, & definitionem, nonne tradendus erat a uiris Cęilę in manu Saul sui hostis si in ciuitate mansisset? uerum quia fugam petiit, liberatus est. non quia Deus ita futurum præuidit, sed quia David timore percussus inde fugit. Tradendus quidem erat secundum Dei responsum, non liberandus, nisi fugam arripuisset, nec minus præuisum fuit a Deo, quod per fugam liberaretur (quod tacuerat) quàm quod a uiris Cęilę

tra-

traderetur, quod prædixerat? utrunque certē præsciuit nentrum tamen euenire debebat. Multa quidem exempli gratia possem in medium adducere de Rege Ezechia infirmo, cui dominus quindecim annos addiecit. De Lazaro quatruiduano, cuius infirmitas naturaliter erat ad mortem, & tamen resuscitatus est. quę omitto. satis nobis erit scire ex hoc euangelio quod tempus extremo iudicio constitutum potest abbreviari, ideo dicit [Et nisi abbreviati fuissent] duplici ratione possunt abbreviari, Primo orationibus sanctorum. Secundo multiplici hominum malitia. Quod ut magis fiat lucidum, exempla utriusque in medium proferam, primò. n. apparet quod oratione Danielis Prophetę septuaginta hebdomadę fuerunt abbreviatę. Daniel quidem sciens populum Israellem propter delicta sua in Babylonem translatum, nec facilius iram Dei placari posse, conuertit mentem in Deum, gemitibus, lachrymis, clamoribus peccata propria, patrum, principum, Regūq; confitetur, Deum obnixius orans, ut iram deponat, ut faciem suam super sanctuarium desertum, superq; ciuitatem & montem sanctum ostendat: ex qua oratione (ut placet Carthusiano Theophylaro & Ambrosio) tria petiit. 1. ut populus ex Babylonica captiuitate liberatus, in Hierusalem reduceretur, ruinas urbis, & templi restauratus. 2. ut Messias olim patribus promissus, adueniret, excussurus Diaboli iugum, ab ijs qui salui fierent. 3. Ne aduentum suum differret, sed omnem moram abrumpendo præueniret potius tempus, ne malorum, præuaricatio, diuina expectationis mora augmentaretur. Quibus Angelus conuenienter quidem, sed ordine retrogrado respondit; incepit enim a postremo suam reuelationem, Septuaginta (inquiens) hebdomadę abbreviatę sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, & ne mireris super hoc, rationem abbreviationis, statim subiungit, ut consumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur uisio, &

pro-

Gen. 3.

1. Re. 23

Dan. 9.

prophetia, & ungetur sanctus sanctorum. Deinde ad 1. dixit. Scito ergo & animaduerte, ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Hyerusalem, usque ad Christum ducentem, hebdomades septem, & hebdomades Septuaginta duæ erunt. Postremo uero respondit ad primum. Subiungens. Et rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporis. Ecce quod oratione Sancti Prophetæ, numerus quadringentorum nonaginta annorum a tempore incarnationis filii Dei constituto, hac ratione amputatus sit, ut consumaretur præuaticatio, & finem acciperet peccatum. Quod autem tempora quæ a Deo præfixa sunt, uel auferantur penitus, uel prolongatione, uel abbreviatione uariantur habemus exemplum

*Ion. 3.* in Iona propheta, qui a Deo edoctus ob multitudinem peccatorum minabatur nisi in uicinis subuersionem, sub tempore dierum quadraginta constituto, uerum quia conuersi sunt de uia sua mala, tempus uindictæ & subuersionis expirauit, legitur quoque quod propter Abraham humilem præcem, interitum Sodomæ & Gomorharum quæ uicinarum ciuitatum prolongatus fuisset Deus, si uel decem iustos, in quinque ciuitatibus inuenisset. Cæterum quod peccatum causa abbreviationis temporis sit, apparet, quia ante diluuium centum uiginti anni, in certum poenitendi terminum humano generi præscripti sunt a Deo, quia tamen quotidiè ingruescens peccatorum sentina, longiorem puniendi dilationem non admisit, sed inde uiginti annorum spatium abbreviaui, O bonitas ineffabilis, uiderat Deus (ut notat Chrysostomus) quod gens illa sua longanimitas non proficiebat. ideo ne maiori poenæ se obnoxiam faceret, succedit tempus, sic etiam peccatum causa incarnationis filij Dei fuit, (ut docet. D. Augustinus) Nam si homo non peccasset, filius hominis non uenisset. Sentiant aliter quid uelint, tu autem tene quod nulla causa ueniendi fuit Christo, nisi, ut peccatores salos faceret tolle (inquit Augustinus) morbos, & uulnera,

&amp;

& nulla causa est medicinæ. imò quanto magis peccatum multiplicabatur, & crescebat, tanto amplius Christi aduentus accelerari debebat, uariari, & abbreviari. Consonat Augustino, Ambrosius ser. 16. super Psalm. 118. & Gregorius Nyssenus oratione de S. Christi natiuitate Theophylactus in diuersis locis, & Origenes tractat. 26. in Mattheum. Cum igitur hoc factum sit præteritis temporibus, tempus quoque constitutum iudicii, quod pater posuit in sua potestate omnino est abbreviandum, attestante Christo [ *Et nisi breuiati fuissent.* ] Quod abbreviatio non certi temporis notat determinationem, seu taxationem, uel constitutionem, sed diminutionem potius, & decurtationem; non tamen (ut Anselmus habet, & ante illum Hieronymus) ita breuiiores quod cursu celeriori solis breuientur, sicut fuerunt longiores tempore Iesu Naue, sed ita (opinor) *Ies. 10.* sensum uerborum Christi esse, quod in electorum gratiam, a mensura temporum extremorum prius ordinata, sed non prædefinita, aliquot dierum, siue annorum spatium erit amputandum: uide quantam præuidentiam erga pios homines ostendat Deus, cum eos de tribulatione eripere sciat, unde ipsi gratias agendum est (dicit Cirillus Hierosol. Archiep.) qui magnitudinem tribulationis exiguitate temporis circumscripsit, Quia grauis (testante Hylario) uexatio (ut dixi) incumberet, & intollerabilis cunctis; nisi quod causa electorum Dei diebus illis sit breuitas afferenda, ut uim incumbentium malorum coarctatum degrassandi tempus exuperet. Hinc est quod sequitur [ *Surgem Pseudo Prophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri poterit etiam electi.* ] Ergo, & electorum salus, in periculum ultimum uenire posset, si cum magnitudine signorum, & prodigiorum, temporis longitudo esset conuincta. Sed quia dies tribulationis istius, electorum gra-

113



ria abbreviabantur, fieri non poterit, ut in errorem mittantur, & seducantur, quorum nomine, cum incumbentium malorum coarctatum degrassandi tempus exuperabit, & quid opus multis? stante hac abbreviatio, non puto quemquam mortalium, hunc certum iudicij diem præcogniturum, licet sciret supputationem annorum a Mundi exordio, usque ad conflagationem orbis (nisi cælesti oraculo fuerit ei reuelatum) non desunt nihilominus argumenta, unde mundi finem instare, colligere possumus. Si quanto magis quis a suo principio elogatur, tanto plus deficit, & languescit. Quis non uidet extremi diei uiciniam. Nam mundus antiquatus est, prolixitas uitæ humanæ decreuit, paucissimi nunc pertingunt ad annos septuaginta, prædicatio. Euangelij in omnes, & postremas gentes facta est, ita ut populum Indicum antea nobis incognitum, eam audiuerit, & receperit. Defecerunt homines a ueritate, multiplex defectus in cunctis hominum generibus uidentur nunc Antichristus apparuit, quia iam præmisit suos præcursores. Hæretici nostri temporis uiam Antichristo pararunt ad incautos facile seducendos, quæ propheta, & Ioannes Baptista docendo penitentiam. Adimplentur quotidie signa, quæ hodie Christus prædicat, de sole, de luna, de stellis, de uirtutibus cælorum, de signo filij hominis, de arbore ficis. Quare cogor hic, cogor (inquam) in admonitionem piorum exclamare, & quod Christus prædixit, sub aures omnium uestrum ponere. [ *Scitote quia prope est in ianuis.* ] O dies ille qualis, & quæuis adueniet (fratres) cum ceperit dominus populum suum recedere, mittere in gehenam nocentes, & peccatores perpetuo ardore damnare? O horrendum, o terribile, o tremendum die. Intelix homo quis te liberabit de corpore mortis huius, ut securus ad tale iudicium transire queas. Dominus destruet te, in fine euellit te. Quid tibi profuerit superbia, aut diuitiarum iactantia? quid contulerit tibi experimento probabis. Audi quod in Moyse dicit Deus, & time. Cum arripuerit iudicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis.

meis. Ea propter dilectissimi, stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere domini semper, semper scientes quod labor uester non erit inanis in domino, discite ab Apostolo, horrendum esse incidere in manus Dei uiuentis, studere exemplum esse fidelium in sanctis conuersationibus, & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum diei domini, per quem cæli ardentes soluentur. Et abnegantes impietatem, & secularia desideria mementote, quod id quod in presenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supramodum æternæ gloriæ pondus operatur in nobis tempus quidem breue est reliquum est, &c. Nolite queso diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnere, si quidem benignitas Dei ad penitentiam nos adducit. Tardat paulisper, propter nos, quos non uult perire, sed reuertitur ad penitentiam. Nec putate, uos id ipsum posse effugere iudicium in quo de omnibus uerbis, te factis, denique, & cogitationibus, reddere oportebit rationem, cum omne nos stare compellemur ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis sui, prout gessit, siue bona, siue mala. Adhuc enim modicum qui uenturus est, ueniet, & non tardabit promissionem suam, sicut quidam existimant dicentes, ubi est promissio, aut aduentus eius? Vigilate ergo, & similes estote hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptiis, O beati serui illi, quos cum uenerit dominus eius, inuenerit uigilantes. Faxit idem dominus, quem expectamus ad iudicium, ut cum uenerit, uigilantes simus, ut, & cum ipso ad nuptias æterni gaudij intrare possimus. Interim satagite magis, ut per bona opera, certam uestram uocationem, & electionem faciatis. Siquidem fides sine operibus mortua sit (domino arguente) Non omnis qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui fecerit uoluntatem patris mei. Non est alia uoluntas patris, nisi sanctificatio uestra, ut abstinete uos ab omni fornicatione, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, ut charitas

1. Cor. 15

Heb. 10.

1. Tim. 4

1. Cor. 4.

2. Cor. 4.

Rom. 2.

2. Pet. 3.

2. Pet. 3.

Luc. 12.

2. Pet. 1.

Matt. 7.

1. Tes. 4.

Eph. 4.

MIAN

Phil. 1. uiam magis ac magis abundet, in scientia, & in omni  
 sensu, ut probetis potiora, ut sitis sinceri, & sine  
 offensa in diem Christi, cui honor & gloria  
 nunc & semper & in secula seculorum Amen.

Finis Sermonum R. P. F. Raffaelis Maffei  
 Veneti, Sacrae Theologiae magistri  
 ordinis Seruorum.

